14

GEORGI HENRICI GOETZI, D.
Superint. Lubecenſis,
Problema Theologicum:

NUM MARIA, FILIUM DEI PARIENS, OBSTETRICIS OPERA FUERIT USA?

Vel

Ob Maria den Sohn GOttes/ mit Hülffe einer Weh-Mutter/ gebohren habe?

Ad D. XX. Januarii A. MDCCVII.
In placidi Colloqvii,
Præſente Reverendo Presbyterio,
habendi, vicem
propoſitum

JO. GEORGIO REINESIO,
Magdeburgenſi,
Vocato Verbi Miniſtro ad D. Jacobi.

LUBECÆ, Typis Viduæ B. Schmalhertzii.

N

58799 (II)

WELLCOME LIBRARY INSTITUTE

PRAEFAMEN.

CElebravimus huc usque *Nativitatis Dominicæ* Feſtivitatem, quæ admirandam & ſalutarem illam Filii DEI Miſſionem & ἐνσάρκωσιν fuſius commemorat, atqve, qvo pacto beneficia inde in nos redundantia, qvæ magna omninò ſunt, ac univerſo mortalium generi parta, vera fide recipere debeamus, inſtruit nos pleniſſime ac cohortatur. A pietate itaqve noſtra haud alienum fore judicavimus, ſi ſacris qvoqve Meditationibus, huic tempori accommodatis, indulgeremus, iisdemqve tum animum DEo gratum, ac tantorum beneficiorum memorem, præſtaremus, tum nos invicem ad diligens rerum ſacrarum ſcrutinium adhortaremur. Variis autem ultrò ſeſe offerentibus argumentis, qvæ ingenium acuere, viresqve exercere poſſunt, neqve de Tempore aut Die (*) Nativitatis Chriſti jam agere animum induximus, ſed de

(*) *De Menſe, Die, hoc unum dicere poſſumus, non liqvet*, breviter quidem, ſed recte judicat B. Dannhauerus in *Hodoſoph. Phænom. IIX. p. 622. ſq.* Et in *Memoriali Evangelico p. 52.* hæc affert. Was das Special Welt-Jahr/ Monat und Tag der Geburt Chriſti anlangt/ darüber haben ſich die Gelehr-

Modo ipſius partus, & num Maria, cum Filium DEi in ' ha
lucem ederet, obſtetricis operâ fuerit uſa, paucis diſſerere co
ſtituimus. Negari eqvidem neqvit, non adeo accuratè & ve
bis diſertis Scripturam Sacram qvæſtionem noſtram expediviſſ
atqve proinde Theologos in varias abiiſſe partes, ut, cuina
accedendum ſit ſententiæ, ſciamus fermè cum ignariſſi
Qvam difficultatem haud parum adaugere videntur qvæſtion
cognatæ, *num Maria utero clauſo, an vero aperto peperérit*
& num partus doloris expers fuerit aut plenus? qvas nonnu
Doct

Gelehrten Chronologiſten noch nicht verglichen. S
ſtimmen weniger zuſammen/ als die Glocken und Schla
Uhren in einer groſſen Stadt. Die Römiſche Kirch
als die Bibliothecaria der Chriſtlichen Heiligthümer / h
übel Hauß gehalten / daß ſie die Wiſſenſchafft dieſes Un
ſtandes nicht beſſer verwahrt / und der Poſterität zur Nac
richt auffgemerckt. Daß wir jährlich im December au
dieſe Zeit an kalten Winter / da ſonſten die zarten Scha
Heerd bey der rauhen Nacht ſich nicht pflegen aufzuha
ten / dieſes Feſt begehen / geſchicht aus der Römiſche
Kirchen-Tradition, davon aber keine Gewißheit. Ad
datur idem Dannhauerus in *Diſſert. Programmat.* apud
D. Seb. Schmidium in *Myſterio Gratiæ Divinæ p. 20. ſqq.* cu
qvo conferri merentur B. D. Jo. Ad. Scherz.rus in *Pro*
grammat. Publ. Programmat. XXVI, p. 301. ſqq. Dn. D. J
Frid. Mayerus in *Diſſert. Programmat. Qvomodo qvili*
bet anni Menſis gloriam nati Servatoris ambitioſe ſibi aſſe
rat. Gryphisvv. 1701. propoſ. Dn. D. Th. Ittigius in *Hepta*
de Diſſert. Lipſ. 1696. p. 386. ſqq. qvi §. *XV.* aſſerit *cert*
monumentis probari non poſſe, qvod ritus Domini Natalem
d. 25. Dec. celebrandi, ante qvartum ſeculum in uſu fuerit
Gisbertus Voëtus *P. II. Diſſert. ſelect. p. 1. ſqq.* M. Jo. Va
lent. Grosgebauer, in *Diſſert. Hiſtor.* de *Nativitate Salva-*
toris noſtri, Cap. 1. in *Acad. Roſtoch.* propoſ. & Dn. D
Dav. Henr. Kœpkenii *ἰςορȣμενα, Natalitiorum in Meſſi*
Memoriam ferias illuſtrantia, Roſtoch. 1705.

Doctorum vel affirmant vel negant. Verum enim vero cum hoc argumentum non ipſius *fidei* ingrediatur *ſubſtantiam*, ſed ad *Articulum* tantum *ſecundarium* ſpectet, & vel ignorari vel negari qveat, neqve nobis vitio verſum iri confidimus, ſi illud, ceu Problema, exponamus nunc & pertractemus, ut, qvid nobis circa iſtud videatur, rationibus ſuffulti probabilibus, & in ipſa Scriptura fundatis, indicemus, & nemini, qvi in alteram partem diſputare velit, ſuccenſeamus, ſed unicuiqve liberum permittamus, cuinam parti accedere velit. Hac ſiqvidem ratione nos officio noſtro rite perfuncturos, atqve ab aliis veniam ò promtius impetraturos eſſe credimus, qvo facilius aliorum acceptamus Meletemata, quæ ſimilia Argumenta evolvunt, atque, ſalva fide, in utramque partem diſceptari poſſunt. Quemadmodum enim omnem *Septiciſmum* ac *Libertiniſmum* in rebus, ad fidem ſalvificam primario ſpectantibus, vel ei proxime accedentibus, ſerio deteſtamur, & novarum opinionum portenta procul abeſſe jubemus, rati, ingenui Theologi eſſe, ſincere & candide ſententiam ſuam proferre, nec transverſum ungvem à Scriptura Sacra & libris Symbolicis recedere; Ita contra omnem libertatem circa ejusmodi aſſerta & quæſtiones, quarum deciſio in Sacra non legitur Scriptura, nec fidei analogiæ adverſatur, adimere velle, audacis eſſe hominis, ac Dictaturam in Eccleſia ſibi tribuentis, recte colligimus. In medio ergo ibimus tutiſſimi. Tu vero, DEUS OPTIME, noſtris allabere cœptis, nosque in veritate tua ſanctifica, quia Verbum tuum eſt veritas, Amen!

§. I. Dum itaque in eo ſumus, ut diverſas Doctorum ſententias circa propoſitam Quæſtionem placide inter ſe conferamus, forſan Lecturis rem minime ingratam nos facturos eſſe auguramur, ſi pauca quædam ad illuſtrationem *Problematis*, in fronte *Diſſertationis* indicati, attulerimus. De ipſa autem Maria ut prolixum inſtituamus ſermonem, nulla nos urgere videtur neceſſitas, præcipue cum fabularum architecti mendaciorum plauſtra de ea circumferre ſoleant, atque in ſacra Evangeliſtarum Hiſtoria pauca admodum de illa legantur notata. Hoc tamen diſſimulari nequit, *Mariam*, è ſemine Davidis oriundam,

 à Ponti-

à Pontificiis nimio cultu in hodiernum usque diem excipi, ea-
que magis ignominia, quam debito honore affici. Leg.
Scherzerus in *Programmat. Publ. Program. XXIII.* quod ait
Redemtione & Meritis Mariæ, p. 351. ſeqq. & Dn. D. Jo. Fri
Mayerus in *Theologiæ Marianæ Syſtemate, Witteb. 1684.* propoſit
Quid nobis de illa videatur, breviter nunc verbis *Lutheri* noſt
quæ in *P. 3. Poſtillæ Evangel. p. 7. edit. Lipſ. 1679.* leguntu
efferre placet. Im Pabſtthum hat man die Mutter Maria alle
gelobet und gerühmet. War iſts/ ſie iſt Lobens-werth / un
kan nimmer gnug gelobet und gerühmet werden. Denn d
Ehre iſt zu hoch und herrlich/ daß ſie für allen Weibern auf Erd
dieſes Kindleins Mutter iſt. Doch ſollen wir die Mutter al
loben und preiſen/ daß wir uns dis Kindlein/ daß ſie gebohr
hat / aus den Augen und Hertzen nicht hinweg reiſſen laſſe
noch dieſen Schatz/ der uns gebohren iſt/ geringer achten/ de
die Mutter. So man die Mutter lobet/ ſoll ſie ſeyn ein Tröpf
lein/ dagegen aber ſoll dies Kindlein ſeyn ein gantz weit Me
Wann ja eins ſoll vergeſſen werden/ ſo iſts beſſer/ daß wir d
Mutter vergeſſen/ denn daß wir des Kindleins vergeſſen ſolte
wie im Pabſtthum geſchehen iſt/ da man des Kindleins gar ve
geſſen / und der Mutter allein gedacht hat. Denn die Mutt
iſt uns nicht gebohren / ſie hilfft uns nicht von Sünden u
Tod. Sie hat uns wohl dis Kindlein und aller Welt He
land gebohren/ aber ſie iſt nicht ſelbſt das Kindlein und He
land. Darumb ſollen wir uns von der Mutter gewehne
und an das Kindlein feſt binden. Cœterum commendari h
meretur eximius ille libellus, Germanico idiomate *A. 1683. Ul*
editus, qvi, licet Autoris nomen non indicet, à celebratiſſi
Theologo, *B. D. Eliæ Veielio,* eſt adornatus, atque hunc in m
dum inſcriptus: *Religio Mariana*, Das iſt: Der Heil. u
Hochgebenedeyeten Jungfrau und GOttes Gebährerin *Mar*
Mütterlich-getreuer Rath und heilſame Anweiſung / worna
ſich ein Menſch/ der den Weg der Seeligkeit unfehlbar treff
möchte/ in Lehr und Leben zu richten habe. Denen Evang
liſchen ſo wohl / als denen Römiſchen-Catholiſchen ſehr nü

U

nd erbaulich zu leſen. Plura vero ad *Mariæ* Hiſtoriam facientia
bunt B. D. Balth. Meiſnerus in *Chriſtologiæ Sacræ Diſp. XXIV.*
. Joh. Crauſius in *Exercitio Academico* de *Joſepho & Maria,*
lvatoris Parentibus, in *Acad. Jenenſi A. 1667.* inſtituto. Sed
entio hic prætermittimus, quæ vel de ejus *Sepultura*, atque *Re-*
quiis, vel de *Epiſtolis*, quas exaraſſe dicitur, vulgo commemo-
ntur; remittentes Lectores harum rerum cupidos ad B. D. Jo.
eiſneri *Diſſert.* de *Sepultura B. Mariæ, Witteb. 1662.* Dn. D.
. Frid. Mayeri *Diſſert.* de *Conventu Apoſtolorum ad Mortem*
ariæ, Lipſ. 1671. & *Eclogam* ad *Evangelicam* in Feſto *Viſitat. Ma-*
æ, Gryphisw. 1704. Quæſt. IV. p. 12. ſqq. Dn. Thomæ Ittigii
ptadem Diſſertat. p. 113. ſqq. & *Bibliothecam Patrum Apoſtolo-*
m, 354. nec non Dn. Jo. Andr. Schmidii *Pſeudo-Novum Teſta-*
entum, Helmſtadii 1699. p. 92. ſqq. & *Hiſtoriam Seculi primi, Fa-*
lis Variorum maculatam, Helmſtadii 1700. propoſ. *Cap. II. &*
I. ac Jo. Caſp. Eberti im Eröffneten Cabinet des Gelehrten
rauenzimmers/ *p. 239. ſq.*

§. 2. Notanter autem de ea diximus, quod *Filium DEi pe-*
rerit. Nam non nudum hominem, ſed verum Filium DEi, ſ.
γον, qui humanam naturam *in* & *ex Maria* aſſumſit, Matth.
20. Luc. I. 32. 35. Galat. IV. 4. geſtavit; inqve hanc lucem
rtu feliciſſimo eſt enixa. Quapropter dici meretur non χριςό-
κ☉ ſed Θεοτόκ☉, id quod adverſus *Neſtorium*, Epiſcopum
nſtantinopolitanum, ambitione nulli ſecundum, (vid. B. D.
h. Guil. Bayeri *Diſſert.* de *Ambitione, Hæreſium Cauſa, Jenæ*
2. p. 15.) notandum eſt, qvippe qui unionem veram & re-
m duarum in Chriſto Naturarum impugnavit, atque communi-
tionem idiomatum negavit. Negavit enim, DEum eſſe paſ-
m, hinc illud ſæpius in ore habuit. *Noli gloriari, Judæe,*
n DEum, ſed hominem crucifixiſti. Imo omnem cultum & vir-
tem vivificandi humanæ Chriſti naturæ abſtulit, eamqve tan-
m Inſtrumentum Divinitatis vocavit. Vid. præter Scripto-
s illos, in nupera *Diſſertatione Poriſmatica* de *Theologia Eliſa-*
tæ, p. 22. adductos, D. Balth. Meiſneri *Chriſtologiæ ſacræ Diſp.*
II. de *Neſtorianiſmo*, Dn. D. Joh. Frid. Mayeri *Diſſert.* qvæ

DEum

DEum Bimeſtrem contra *Neſtorium* ejusqve *Aſſeclas* aſſerit, in *Acad. Gryphisw. 1704.* M. Joh. Sim. Francus in *Diſſert. Hiſtor.* de *Neſtorio*, in *Acad. Witteb. 1670.* ventil. M. Joh. Sartorius in *binis Meletematibus Hiſtorico-Eccleſiaſticis*, de *Neſtorio Hæreſiarcha* in *Gymnaſio Thorunienſi A. 1698.* conſcriptis, B. D. Caſp. Sagittarius in *Introduct. in Hiſtor. Eccleſiaſt. p. 1087. ſqq.*

§. 3. Ante vero qvam ad modum hujus partus acceſſum faciamus, pauca tantum de *Obſtetricibus* erunt præmittenda. Per *Obſtetricem* autem intelligimus fœminam, qvæ *Mariæ* parturienti opem tulit, & vel *ordinarie* hoc officio eſt defuncta, vel *extra ordinem* adfuit, eamqve juvare haud detrectavit. Perſæpe enim contingere ſolet, ut, deficientibus ordinariis Obſtetricibus, qvas civitates alere ſolent, & in caſu neceſſitatis, nocturno præſertim tempore, aliæ mulieres, haud imperitæ, partu laborantibus auxiliatrices manus præbeant, atqve idem humanitatis officium præſtent, qvod ab ordinariis Obſtetricibus alias proficiſci ſolet & expectari. *Jura* illarum, qvæ ad *JCtorum* ſubſellia pertinent, & à *D. Jo. Georg. Simone* in *pec. Diſſertatione*, in *Acad. Jenenſ. A. 1671.* vindicata ſunt, hic excutere nolumus, neque ea afferre attinet, qvæ in Medicorum traduntur ſcholis, & Obſtetrices, ut ſuum rite exeqvantur officium, erudiunt. Ea enim hauriri poſſunt vel ex *D. Gothofr. Welſchii* Libro Heb-Ammen-Buch, dicto, vel ex *Juſtinæ Sigismundæ Dietrichiæ*, qvæ in Aula Regia Pruſſiaca Obſtetricis munia adminiſtrat, Libro, eodem de argumento concinnato, & *Coloniæ 1690.* impreſſo, atqve à Gratioſo *Medicorum Francofurtenſium* Ordine valde commendato. Vid. Jo. Caſpar. Eberti Eröffnetes *Cabinet* des Gelehrten Frauenzimmers/ *p. 129.* Nec *Philologicas* afferre placet *Obſervationes*, quarum copiam nobis fecit erudita *Thomæ Bartholini Epiſtola* ad *Caſp. Bartholinum* de *Puerperio Veteri*, *Lugduni Batavorum 1675. ſcripta.* De *Ægyptiacis* autem *Obſtetricibus*, qvarum ſacra meminit hiſtoria, hoc reticeri neqvit, eas DEum timuiſſe, ac nullum plane peccatum commiſiſſe, cum Iſraeliticis puerperis, earumqve liberis parcerent, ac illarum in pariendo promptitudine coram Pharaone ſe excuſarent. Si enim peccaſſent, qva

qvæſo

væſo, ratione DEus ſanctiſſimus, qvi omnes peccatores odio
abet ac punit, eis tam cumulate benedixiſſet? Exod. I. 19. 20.
. coll. *Diſſertatione Academica* de *Falſiloquio licito*, qvæ in
cad. Lipſ. ſub Præſidio *Dn. L. Ottonis Menckenii*, hodie Mo-
l. Prof. Publ. *A. 1667.* ventilata eſt, §. 23. Et de *Obſtetricum*
delium Baptiſmo, ritè, adhibita aqva & verbo, peracto, notari
eretur, qvod ille non debeat iterari, qvin potius pro vero &
gitimo ſit habendus. Non enim ad eum, qvi baptizavit, ſed ad
odum collati baptiſmi, eſt reſpiciendum. Vid. B. Scherzeri
ollegium Anti-Calvinianum, *p. 445. ſqq.* & *Syſtema Theologiæ p.*
34. B. D. Balth. Bebelii *Diſſertatio Theologica* de γυναικοβαπτίσματι
to, *recto*, *nec iterando*, in *Acad. Argent. A. 1679.* def. & Dn. D.
hriſtian. Lehmannus, noſter in Ephoria Annæmontana Ante-
eſſor, & nunc Ephoriæ Freibergenſis Præſul longe graviſſimus,
Diſſert. Synod. I. A 1700. ventilata, de *Baptiſmo in Caſu Neceſſitatis*,
bſerv. IV. & in *Diſſert. Synodal. II. A. 1704.* habita, *Obſerv. X.*

§. 4. His autem præmiſſis, ad rem ipſam propiore nunc ac-
edendum eſt pede. Qvapropter, ut bonæ methodi ſimus me-
ores, præcipuas Doctorum, in diverſas hic abeuntium partes,
ententias adducere, ac inter ſe conferre, maxime erit neceſſa-
ium. Qvidam enim eorum *directe* negant, puerperæ obſtetricem
dfuiſſe, qvidam vero *indirecte* illud in dubium vocant, aſſerentes,
hriſtum, utero clauſo, fuiſſe prognatum. Hoc ipſo enim do-
ent, illam obſtetricis operæ non fuiſſe indigam. Audiatur ergo
Doctoribus priſcæ Eccleſiæ, qvos *Patres* vulgo appellare ſole-
nus, *Hieronymus*, Stridonenſis Eccleſiæ Presbyter, in libro ad-
erſus *Helvidium* ſcripto, *T. II. Opp. edit. Francof. 1684. f. 9.* ita
oqvens: *Polluatur cruore puerpera, obſtetrices ſuſcipiant par-*
ulum vagientem; maritus laſſam teneat uxorem. Sed abſit, ut
hoc de matre Salvatoris, & viro juſto ſit exiſtimandum. Nulla
ibi obſtetrix, nulla muliercularum ſedulitas interceſſit; ipſa panis
involvit infantem, ipſa & mater & obſtetrix fuit. Idem tamen
Scriptor in *Epiſtola* ad *Euſtachium* de *Coſtodia Virginitatis*, ex-
arata, *T. I. Opp. f. 96. b.* Chriſti Nativitatem doloris haud ex-
pertem fuiſſe, notat hunc in modum ſcribens: *DEi Filius pro*

noſtra ſalute hominis factus eſt filius. Novem menſibus in utero ut naſcatur, expectat, faſtidia ſuſtinet, cruentus egreditur, pann involvitur, blanditiis delinitur, & ille pugillo mundum includens præſepis continetur anguſtiis. Qva autem ratione hæc inter cohæreant, noſtrum non eſt inqvirere ac dijudicare. *Hieronym* tamen ſententiam, qva negat, obſtetricem præſto fuiſſe, ſuo pa riter calculo approbat *Thomas Aqvinas* in *Summæ Theologiæ III. Qvæſt. XXXV. Artic. VI. f. 72. edit. Colon. 1622.* Hinc n mini mirum eſſe debet, Pontificios tantum non omnes in eade eſſe ſententia, atqve *Hieronymi* inſiſtere veſtigiis. Ita enim *Co nelius à Lapide* in *Comment. in Luc. f. 47.* ſcribit: *B. Virgo u concepit ſine concupiſcentia, ita peperit ſine dolore, ſine laſſitudin ſine ſecundinorum fluxu & illuvie, aliisq; ſordibus partus, ſine o ſtetrice, ita Patres p. ſſim. Et f. 49.* hæc commentatur: *Ipſa Vi go Deipara, utpote alacris & vegeta, per partum non debilitat nec in lecto decumbens, ſed potius roborata, & pedibus conſiſten parvuloq; ſuo omnia non matris duntaxat, ſed & obſtetricis ac a cillæ obſequia ſtudioſiſſimè impendens.* Ejus rei ergo verba *H eronymi* modo adducta profert, ac tandem *Cypriani* teſtimoni è libro de *Cardinalibus Chriſti Operibus* petito, concludit. N diſſentit *Jo. Maldonatus* in *Comment. in Evangel. T. II. f. Mogunt. 1622.* his verbis uſus: *Non ſolum falſa, ſed etiam fab loſa, &, ut ſuſpicor, ex Rabbinis nata opinio illa eſt, quam non m do in neſcio quibus apocryphis liberis, ſed etiam apud Suidam n mis in hac re credulum auctorem lego, parienti Mariæ Obſtetric affuiſſe. Acutius Eccleſiaſtici viderunt auctores, hoc ipſo loco i dicari, ſine ulla eam obſtetricis ope peperiſſe. Gregor. Nazianz. Chriſto patiente, Cyprian. in ſerm. de Nativitate Chriſt. Greg Nyſſen. Orat. de Reſurrect. Chriſti, Hieronym. contra Helvidiu Fulgentius in ſerm. de laudibus Mariæ, & Bernhardus ſerm. in vigil. natalis Domini &c.* Eadem ferme habet *Cornelius Ja ſenius* in *Comment. in Concord. Evangel. Cap. VIII. f. 49. edit. M gunt. 1624. Cum dicitur pannis involviſſe & reclinaſſe in præſe ſignificatur, ſine dolore omni & langvore peperiſſe, ut quæ ſine li dine conceperat, nec aliquam ibi adfuiſſe obſtetricem, quæ genit*

pa

arvulum exciperet, quemadmodum apocryphi quidam libri men-inntur. Neque enim quod ſine labore pareret, obſtetricibus aut utricibus indigebat, ſed ob pietatem eas nolebat, atq; ob pauper-tem non habebat. In eadem ulterius eſt ſententia *Ad. Conze-ius T. II. Comment. in Hiſt. Evangel. fol. 39. Mogunt. 1626. Pan-is involvit, faſciavit, itaque nec ſolito more puerperarum infirmata ſt, nec obſtetricis obſeqvio uſa, ut Greg. Nazianzenus obſervavit.* A qva non recedit *Jo. Lorinus Comm. in Pſalm. T. I. f. 298, b. dit. Mogunt. 1678. Docet nos verbum extrahendi, nullum in partu olorem, nullius obſtetricis operam interveniſſe, ut diſerte Cyprian. Zeno, Athanaſius, Hieronym. Thomas.* Eidem deniqve ſubſcri-it Card. Baronius *Annal. Eccleſiaſt. T. I. f. 58. a. edit. Colon. 624.* atque tum verba *Zenonis*, tum *Athanaſii* adducit, qvibus robat, nullius obſtetricis operam fuiſſe adhibitam, illamqve, uæ accedere voluit, obſtetricem graviter fuiſſe punitam. Neç iverſus eſt ab illa Georgius Schererus in *Expoſit. Germ. Ev-ngelior. f. 107. a.* Maria / die werthe Mutter / wickelt ſelber hr Kindlein in Windlein ein / und legt es ſelber in der Krip-en / dann der Heb-Ammen und anderer Weiber Dienſt iſt nvonnöthen geweſen. E noſtratibus huic favet B. D. Balthaſar Meiſnerus in *Philoſ. P. I. Sect. III. Quæſt. IX. p. 751.* hunc in modum ſcribens: *Nulla* (ſcil. Maria) *opus habuit obſtetrice, ſed adeo fuit firma ſanaque, ut ipſa infantem in præſ pe poſuerit, faſciis nvolverit, & curam ipſius habuerit.* Qvæ verba qvoqve adducta egimus in *Diſſertatione Theologica* de *Porta clauſa ſoli Jehovæ ervia*, ad *Ezech. c. 44. v. 2.* in *Acad. Witteb. A. 1693.* ſub Præ-dio *Dn. D. Jo. Deutſchmanni, à M. Franciſco Chriſtophoro Mau-ro, Horneburgo-Brem.* defenſa §. 7. Cum qvo conſentit B. D. Conr. Dietericus in *Analyſi Evangelior. Dominical. p. 76. Ubi hic bſtetrix? Ubi obſtetricantes miniſtræ & famulæ aliæ?* Et B. D. oh. Meiſnerus in *Diſſ. Theol.* de *Virginitate Mariæ in partu, Vitteb. 1675.* recuſa, §. *XVIII. Tempore partus nullas obſtetrices dhibuit, ſed quamprimum peperit filium, ipſamet eum pannis in-olvit, & reclinavit in præſepio.* Ut & Chriſtoph Henr. Lœbe-us in *Explicat. Evangel. p. 94. Mater infantem involvit, mulier-*

culárum miniſterio deſtituta. Ex horum itaqve Autorum, qvi n
bis jam ad manus fuerunt, teſtimoniis luculenter ſatis coll
probariqve poſſe credimus, à permultis aſſeri, Mariæ partu
enti nullam adfuiſſe fœminam, præbentem manus obſtetricias.

§. 5. Sed nunc audiendi qvoqúe ſunt illi, qvi *indirecte* iſtud
dubium vocant, aſſerentes, *Mariam* tum alvo clauſa peperiſſe, tu
nullos dolores in ipſo partu ſuſtinuiſſe. Ut itaqve eos miſſos faci
mus, qvi negant, Mariæ obſtetricium fuiſſe præſtitum, ad eos ta
tum reſpiciemus, qvi uterum Mariæ clauſum fuiſſe, ac ſine dolo
eam peperiſſe, contendunt. Dum vero primo *Patrum* & *Ve
rum Eccleſiæ Doctorum* cenſuras afferre decrevimus, eas ex *O
ſculo, Chriſtiani Daumii,* Cygneorum Philologi celeberrimi, qu
Divorum Patrum Veterumqve Eccleſiæ Doctorum aliqvot *Homil*
ac *Meditationes* in *Feſtum Nativitatis Chriſti* exhibet, ac *Cygn
A. 1670.* prodiit, excerpere nobiscum conſtituimus. Ita ve
Zeno Veronenſis *Serm. II.* de *Nativitate Chriſti, p. 64.* inqu
*Non mater ejus tanti partus pondere exhauſta totis pallens jac
reſoluta viſceribus, non filius matris, aut ſuis, eſt ullis ſordibus
libutus: neq; enim revera aliquid circa ſe habere poſſet immu
dum, qui humani generis peccata, ſordes & maculas venerat mu
daturus. Deniq; purgationes, quæ ſunt tarditate periculoſa, nu
puerum maternorum viſcerum proſecuta ſunt damna. Nulla
bibita rudi fœtæ ſucto more fomenta.* Et in *Serm. III. p. 65.* h
leguntur: *Parturit Maria non dolore, ſed gaudio.* Cui ſucci
Auguſtinus *Serm. VI. de Nativ. Chriſti. p. 80. Hæc pavit non
lore, ſed gaudio.* Prolixius autem diſſerit Euſebius Gallican
*Hom. II. de Nativ. Domin. p. 100. Itaq; ad Evangelium recurr
mus: Miraculum illud, qvod Evangeliſtæ protulit tempore reſu
rectionis, digne mihi uſurpem etiam tempore nativitatis, cum J
hanne dicendo: Venit JEſus januis clauſis, & ſtetit in medio. E
jam nunc januis clauſis proceſſit in mundum, materni pudoris, ſign
culo minime reſignato: ſimulq; illud impletur Propheticum Ezech
lis oraculum: & porta erat clauſa, & non eſt aperta, quia Do
nus tranſivit per eam. Eadem nunc potentia mundi iſtius janu
per partum inviolatæ matris intravit, qva poſtmodum ad di
pu.*

ulos clauſis foribus penetravit. Idem innuit Bruno Aſtenſis in *Homil.* de *Die Natalis Domini p. 198. Peperit beatiſſima Virgo, concipiens virgo, & in æternum permanens virgo. Clauſa ante partum, clauſa in partu, clauſa poſt partum.* Nec deeſt ſuo teſtimonio Goffridus, Vindocinenſis Cœnobii Abbas, *Serm. IV. in Natali Domini p. 201.* ita diſſerens: *Hodie hortus conclusus ex illa orta proceſſit, & in illam, & per illam fons manavit ſignatus. De qua Propheta dicit: Eſt porta, quæ non aperietur in domo domini, clauſa. Hæc porta templi, & templum Domini, eſt Maria beatiſſima & incomparabilis virgo, de cujus utero ad nos venit DEi Patris imago.* Qva autem ratione hæc intellecta velit, paulo poſt *p. 203. ſq.* clarius exponit: *Qvibusdam perſonis aſcribitur, qvod matrem Domini & ante partum & poſt partum prædicant qvidem virginem, ſed portam ventris ejus apertam in ſuo partu, & poſt partum ſtatim clauſam fuiſſe fatentur: qvaſi ad horam fuerit virgo, & ad horam perdiderit virginitatem. Inſanum eſt hoc dicere, & credere profanum. Qui hoc dicit vel credit, Spiritui Sancto contradicit. Non diffitetur veritatem, quam Spiritus Sanctus per Ezechielem Prophetam confitetur dicentem: Eſt porta in domo Domini clauſa, & non aperietur. Ego autem in Spiritu Sancto firmiter credo, & indubitanter profiteor, & ad horam, & ad moram & ante partum, & in partu, & poſt partum eam fuiſſe virginem, & peperiſſe in una perſona DEum & hominem, & ſine carnis apertione, & ſine corporis & animæ corruptione.* Honorius deniqve Auguſtodun. *Serm. in Nativ. Domini p. 221.* adduci meretur: *Illa nocte beata virgo ſine dolore, & abſq; ſorde partum fudit, qvi totum mundum pugillo concludit.* Hæc ſunt teſtimonia illa, qvæ in *Homiliarum* faſciculo, cura laudati *Daumii* edito, nobis qværentibus ſeſe obtulerunt. Plura vero invenire licet in Balth. Corderii *Catena Græcorum Patrum in S. Lucam f. 37. ſqq. edit. Antverp. 1628.* & in D. Georgii Wirthii, Medici Lipſienſis, *Vita J. C. f. 28. ſqq.* edit. *Francof. 1594.* ac Leonis Allatii de *Libr. Græc. Diſſert. 2. p. 283.* all. B. Dannhauero in *Hodoſoph. p. 714.* Patres primitivæ Eccleſiæ inſeqvuntur Doctores Pontificii, è quibus unum ac alterum hic ſiſtimus: Ita enim Natal. Alexan-

 der

der in *Theol. Dogmat. & Moralis T. I. L. I. f. 78. b.* commun
ſerme nomine ſcribit: *B. Mariam in partu Virginem fuiſſe, ho
eſt, intemerata virginitate, integro virginitatis ſigillo, uteri ſepti
illæſis & irruptis, Chriſtum DEum peperiſſe, ex traditione Patrun
omnium conſtanti conſenſu firmata, Eccleſia Catholica profitetur
Qvomodo igitur poſtea ex ſepulchro clauſo & obſignato egreſſu
eſt, atque ad Diſcipulos clauſis januis intravit, ſic ex alvo matern
ſine ullo maternæ virginitatis detrimento editus eſt Jeſus Chriſtus*
Qua in re præeuntem habuit Hieron. Drexelium, *T. II. Opp. f
281. edit. Antwerp. 1660.* hunc in modum commentantem: *Pe
perit, ſed modo admirabili ac plane miro, & qvem ipſa obſtupe
ſcat natura. Peperit ergo ſine gemitu, ſine dolore, qui in ali
parturientibus ſemper maximus. Recte beatiſſima Virgo ſine do
lore peperit, qvia ubi voluptas, inquit Nyſſenus, partum non ante
ceſſit, neque dolor ſubſecutus eſt. Peperit Virgo divina ſine ull
omnino ſordibus, neq; enim ſecundas emiſit, neque ſanguinem, qu
eas ſolet ſeqvi, effudit.* Aſſentitur Did. Stella in *Comment. i
Lucam f. 90.* cum aliis ferme innumeris, qvorum verba addu
cere ſuperſedemus. Noſtratis vero Eccleſiæ Doctores ad tres fer
me reducendi ſunt claſſes. Quidam enim eorum, utero clauſ
ac nullius doloris gnaro, Mariam peperiſſe docent, qvidam ver
concedunt, eam qvidem utero aperto & modo naturali DEi Filiur
enixam fuiſſe aſt propterea nullos plane perſenſiſſe dolores affi
mant; Quidam deniqve & ad uterum apertum & ad dolores Mari
inſimul reſpiciunt. Priori ſententiæ ſubſcribunt Theologi §. 4. no
tati, qvibus annumerandi ſunt D. Caſp. Eraſm. Brochmandus i
Univerſ. Theol. Syſt. T. I. 844. edit. Lipſ. 1638. D. Henr. Eckhardus i
Faſciculo Controverſ. Calvin. p. 179. Stephanus Furmannus in *Differ
Theol.* de *Nativitate JEſu Chriſti*, qvæ ſub Præſidio M. Luc
Bacmeiſteri, SS. Theol. Profeſſ. in *Acad. Roſtoch. A. 1642* prodii
p. 43. ſq. Theodor. Hackſpanius in *Notar. Phil. Theol. in Dict
Script. S. P. III. p. 276.* Alteri ſententiæ favet Lutherus noſte
T. VI. Opp. Altenb. f. 77. a. ſcribens: Er iſt auffs allerreine
gebohren von der Jungfrauen/ ohne alle böſe Luſt und Begierde
dazu ohne Wehe und Schmerzen/ denn da iſt keine Urſach
de

er Wehetage geweſen/ ſo GOTT denen Weibern zur Straffe
uffgelegt / weil das Kind nicht in Sünden / noch von einem
Manne / ſondern vom Heiligen Geiſt empfangen war. Uberius
utem in *Poſtillis Eccleſiaſt. in Feſt. Nativ. in Evangel. Luc. II. fol.*
5. in ſeqventibus verbis, à B. Carpzovio in *Diſſert. Iſag. in Chem-*
itium p. 465. pariter adductis & laudatis, mentem ſuam expli-
uit: Wir ſollen bey dem Evangelio bleiben / daß da ſaget/ ſie
abe ihn gebohren. Nun weiß man wohl / was gebähren ſey/
nd wie es zugehe. Es iſt ihr eben geſchehen / wie andern
Weibern / mit guter Vernunfft/ und mit Zuthun ihrer Glied-
aß / wie ſich zu der Geburth ziemet / auff daß ſie ſeine rechte
atürliche Mutter / und er ihr rechter natürlicher Sohn wäre.
Darumb hat ihr Leib ſeine natürliche Wercke nicht gelaſſen / die
ur Geburt gehören/ ohne daß ſie ohne Sünde/ ohne Schande/
hne Schmertzen/ und ohne Verſehrung (ſcil. Virginitatis) ge-
ohren hat / wie ſie auch ohne Sünde empfangen hat. Der
Fluch Hevæ iſt nicht über ſie gangen/ der da laut: In Schmer-
zen ſoltu deine Kinder gebähren/ ſonſt iſt ihr geſchehen allewege/
oie einem gebährenden Weibe geſchicht. Et poſt pauca. Wir
önnen Chriſtum nicht ſo tieff in die Natur und Fleiſch ziehen/
s iſt uns noch tröſtlicher. Darum was noch minder die Gna-
e iſt / ſoll man ſeiner und ſeiner Mutter Natur gar nicht ab-
egen / der Text ſtehet klar alda / und ſpricht: Sie habe ihn
gebohren. Cui accedit honoratiſſimus noſter Præceptor, B.
D. Jo. Bened. Carpzovius, in *Harmonica Evangelico-Biblica, p. 115.*
Es pfleget gar viel *diſputiret* zu werden / wie es mit der Ge-
urt des HErrn CHriſti eigentlich zugegangen / ob ihm ſeine
Mutter die Maria mit offenem oder verſchloſſenem Leibe zur
Welt gebohren? Allein die beyden um die Evangeliſche Kirche
nſterblich verdiente *Martini*, *Lutherus* und *Chemnizius*, erin-
ern gar wohl / der Heilige Geiſt habe die Geburt Chriſti mit
Fleiß ſchlecht und einfältig auffzeichnen laſſen/ damit man hierbey
kein Wunder ſuchen / ſondern gläuben ſolte / daß es mit ſeiner
Geburt eben ſo / wie mit eines andern Kindes bewandt ge-
weſen. Et *p. 118.* de Mariæ Doloribus diſſerit: Hier fragt ſichs/
ob die

ob die Maria ihr Kind JEſum mit oder ohne Schmertzen ge-
bohren habe? Die meiſten Ausleger gehen dahin / daß ſie ihn
mit Schmertzen gebohren habe / und führen zur Behauptung
ihrer Meinung dieſes an / daß bey ihr ſo wohl als bey andern
Gebährerinnen die Mutter gebrochen worden / Luc. 11. 23.
Allein es iſt wohl am beſten / wenn man ſagt / ſie habe ihn
ohne Schmertzen zur Welt gebracht / weil ſie ihn durch
Uberkunfft des H. Geiſtes / ohne Zuthuung eines Mannes,
empfangen / Luc. I, 35. Welche ohne Sünde geſchehene Em-
pfängnüß machet / daß die Geburt ohne Schmertzen abgegan-
gen / allermaſſen die Geburths-Schmertzen nach dem Falle als
eine Straffe der Sünden auff das Weibliche Geſchlecht ge-
kommen ſind. Idem poſt D. God. Cundiſium in *Notis* ad D.
Hutteri Compend. Theol. p. 182. affirmat Chriſtoph. Hen. Lœ-
berus in *Explicat. Evangel. p. 92. Peperit ſine peccato & dolore,
ſalvoq; virgineo pudore, modo tamen naturali--- Quod proinde
apud Patres & Pontificios paſſim legitur, Chriſtum natum eſſe
clauſo matris utero, ſicut intravit ad diſcipulos clauſis januis, &
ſolis radii penetrant vitrum, id non ſimpliciter imitandum. Maria
virgo manſit & ſine viro peperit, interim tamen, qvod Chriſtus
alio prodierit modo, ac aliæ honeſtæ matronæ partum ſolent edere,
id in ſcriptura non fundatur, ſed potius contrarium.* Tertiam de-
niqve ſententiam ſuam faciunt poſt *Chemnitium* & *Menzerum*,
qvorum verba paulo poſt dabimus, B. D. Jo. Förſterus in *The-
ſauri Catechetici Dec. III. ex Symbolo Apoſtol. Problem. VI.* & in
hohen Feſt-Tags-Schreinlein / *p. 20. ſq.* B. D. Wilh. Lyſe-
rus in *Diſput. Catechetico Poſtillarium Dec. I.* de *Nativitate Chriſti*
§. *18.* & in *Syſtem. Thetico-Exegetico, p. 977.* B. D. Hülſeman-
nus in *Progammate Academico A. 1655.* in *Acad. Lipſ.* ſcripto, ad
qvod B. Scherzerus in *Syſt. Theol. p. 180.* provocat, & cujus
ſummam in *Colleg. Anti-Calvin. p. 654. ſq.* exhibet, eandem
pariter ſententiam docte acuteqve adſtruens, B. D. Jo. Con.
Dannhauerus *P. V. Lact. Catech. p. 917.* & in *Memoriali Evan-
gelico p. 53.* qvamvis negari neqveat, clariſſimum hunc Theolo-
gum in *Chriſtoſophia ſua p. 36. & 216.* prius judicium ſuum circa
ho

oc ζήτημα ſuſpendiſſe. Addatur Dn. Miſander ſ. M. Jo. Sam. dami in *Delit. Biblic. A.* 1694. *p.* 1212. *ſqq.* cum B. Bakio in *vangelior. Expoſit. p.* 122. *f.*

§. 6. Audivimus ergò *Doctores* qva *Pontificios*, qva *Evanelico-Lutheranos*, (ad *Reformatos* enim deſcendere jam non ubet) atqve, qvomodo noſtræ vel faveant, vel adverſentur ententiæ, breviter indicavimus. Nunc noſtri cenſemus eſſe fficii, ut propoſitum argumentum paulò uberius explicemus. tatuentes itaqve, haud improbabile eſſe, qvod Maria obſtericis operam adhibuerit, minimè gentium ad ea reſpicimus, væ in *Protevangelio Jacobi*, de illa obſtetrice, qvam Joſephus væſivit, & accerſivit, commemorantur. Illa enim ex ſcripto, utidis mendaciis referto, deſumpta nullam prorſus fidem meeri poſſunt. Neqve enim firmis ac indubitatis evinci poteſt eſtimoniis, eo tempore, qvo Filius DEi, ac promiſſus Meſſias, iterum Matris deſeruit, præter ea, qvæ D. Lucas commemoavit, contigiſſe miracula, ceu rectè notarunt Dn. D. Jo. And. chmidius in *Hiſtoria Seculi primi, fabulis variorum maculata*, . 21. *ſqq.* & Dn. M. Jo. Mœbius in *Diſſert. Hiſtor. Critica*, de *Prodigiis qvibusdam, qvæ annunciaſſe dicuntur Nativitatem Chriſti, Salvatoris Noſtri*, in *Acad. Lipſ. A.* 1685. defenſa. Ut non ttingamus, *Jacobi Protevangelium* ſuppoſititiis ſcriptis à Viris gregiâ Doctrina conſpicuis, eſſe annumeratum. Vid. Jo. Meelfuhreri *Vindic. Evangel. Dec. I. Diſput. V. §. XXXI. p.* 92. Dn. D. Ittigius in *Heptade Diſſertationum p.* 118. *ſqq.* & in *Diſſert. Hiſtor Theol* de *Guilielmo Poſtello* in *Acad. Lipſ. A.* 1704. defenſa §. *XXII. p.* 30. *ſq.* Dn. D. Jo. And. Schmidius in *Pſeudo-Novo Teſtamento p.* 17. *ſqq.* Guil. Cave in *Hiſtoriâ Literariâ Scriptor. Eccleſiaſt. p.* 9. Jo. Hoornbeckius in *Miſcellaneis ſacris* . 231. L. Ellies Dupin. in *T. I. Biblioth. Auctorum Eccleſiaſticorum p.* 5. breviter ita judicans: *Nugarum & ineptiarum plenus eſt liber de Virginis Nativitate, Vita & partu.* Fuſiſſime omnium autem de eo egit Dn. D. Jo. Alberrus Fabricius in *Codice Apocrypho Novi Teſtamenti*, *p.* 40. *ſqq.* qvi non tantum rejecit hoc ſcriptum, ſed etiam monet *p.* 108. in Decreto Gelaſiano in-

ter *Apocrypha* fuiſſe rejectum ſingularem illum *librum* de *S. Maria & obſtetrice.* Qvia verò fabulas aniles recitâſſe eſt refutaſſe, forſan haud abs re erit, ſi ea, qvæ de obſtetrice, â Joſepho qvæſita, narrantur, hùc adſcripſerimus. Dabimus verò illa ex *Verſione Poſtelli*, in laudati Dn. Fabricii *Codice* extante, *p. 116. ſqq. Exiens* (ſcil. Joſephus) *perqvirebat obſtetricem Hebræam in regione Bethlehem. - - - Et ecce mulier deſcendens à montanis, ait illi: Tibi, dico, o homo, qvo vadis? & ait: obſtetricem qværo hebræam, & dixit illi: Ex Iſrael es tu? Aitqve illi: ſic. Illa autem dixit: Et qva eſt, qvæ parit in ſpelunca? Et ait illi: Qvæ mihi eſt deſponſata. Et ait illi: Nonne eſt uxor tua? dixitqve Joſeph: Non eſt mea uxor, ſed eſt Maria, educata in ſancto ſanctorum, in templo Domini, & ſorte obtigit mihi, & habet conceptum ex Spiritu Sancto. Dixitqve illi obſtetrix: Hocne verum eſt? Dixit ei: Veni & vide. Et abiit obſtetrix cum ipſo. Et ſtetit in conſpectu ſpeluncæ. Et ecce nubes lucida obumbrabat ſpeluncam. Et dixit obſtetrix: Magnificata eſt anima mea hodie, qvia viderunt oculi mea ſtupendā, & Iſraeli ſalus nata eſt. Repentè autem fuit nubes in ſpeluncâ & lux magna, ita ut oculi noſtri non ferrent: paulatim verò lux ſeſe ſubduxit, qvousqve viſus eſt infans, & accipiebat ubera ab ipſius Matre Maria. Et clamavit obſtetrix, & ait: Magna mihi hodie dies eſt, qvia vidi hoc ſpectaculum magnum. Exiitqve obſtetrix ex ſpelunca, & obviavit illi Salome. Et dixit obſtetrix ipſi Salomæ: Magnum tibi ſpectaculum habeo narrare: Virgo genuit, qvem non capit natura ipſius (& virgo manet virgo) Dixitqve Salome: Vivit Dominus meus, niſi ſcrutata fuero naturam ejus, non credam, qvod peperit. Et ingrediens obſtetrix, dixit ipſi Mariæ: Reclina te ipſam, magnum enim tibi certamen incumbit. Cum autem in ipſo loco palpavit eam Salome, egreſſa eſt dicens: Væ mihi impiæ & perfidæ, qvoniam tentavi DEum viventem. Et ecce manus mea (igne ardens) cadit à me. Et flexit genua ad DEum, & ait: DEus Patrum noſtrorum memento mei, qvoniam ſemen Abrahami, & Iſaac & Jacob ſum. Et ne traducas me apud filios Iſrael, ſed redde me Parentibus. Tu*

enim

nim noſti, Domine, qvod in nomine tuo (omnes) curas (& o- erationes meas) complebam, & mercedem meam abs te recipie- am. Et Angelus Domini adſtitit dicens ad eam : (Salome ! alome !) audivit te Dominus, offer manum tuam puero, & ge- a illum, erit enim tibi ſalus & gaudium. Et acceſſit Salome, geſtavit eum dicens : Adorabo ipſum, qvia Rex magnus natus ſt in Iſrael. Et (geſtato puero) repentè ſanata eſt Salome, & xiit Obſtetrix ſpeluncâ juſtificata. Ejusdem farinæ pariter ſunt a, qvæ ex *Hiſtoria Lombardicâ* modò adductus Miſander *l. c.* . *1195.* refert, cujus verba hic repetimus : Eine lächerliche Hi- torie iſt es / welche bey den Papiſten in der Hiſtoria Lom- ardica de Nativitate Domini zu finden / die alſo lautet : Es abe nemlich Joſeph 2. Wehe-Frauen / oder Heb-Ammen er- odert / deren eine geheiſſen Zebel / die andere Salome. Als un die Zebel befunden / daß Maria in der Geburt gleichwohl ine Jungfer blieben ſey / ſo habe ſie ausgeruffen : Virgo pepe- it ; Eine Jungfrau hat gebohren ! Die Salome aber olches nicht glauben wollen / deswegen ſolches zu erkundigen / Hand angeleget / darüber ihr alſobald die Hand verdorret wä- e. Doch habe ein Engel ihr angezeiget / ſie ſolle nur das ge- ohrne Kindelein Mariä anrühren / ſo würde ihre Hand wie- derum geſund werden. Sed halce nugas meritò iis relinqvi- mus, qvi illas vendiderunt.

§. 7. Ad alias ergò, easqve graviores, rationes, nobis erit confugiendum. Nunqvam autem eo adduci poſſumus, ut credamus, Mariam eò prolapſam fuiſſe temeritatis & audaciæ, ut, cùm partus laboribus ſeſe accinxiſſet, nullius plane fœmi- næ operam imploràſſet. Hoc ſiqvidem modo ipſum DEum tentàſſet, atq; peccato haud exiguo ſeſe polluiſſet. Pii enim hominis eſt, mediis divinitus conceſſis uti, atq; ab ordinariâ viâ, qvæ ipſi terenda eſt, non recedere. Aſt, ſi Maria θεοτό- κ☉, nullis planè promiſſis divinis, qvod DEus extraordinariè cum illa in partu agere vellet, inſtructa, hoc feciſſet, omne- qve obſtetricum vel aliarum fœminarum miniſterium averſata fuiſſet, nonne Deum irritàſſet, actionem temerariam aggreſſa

fuiſſet

fuiſſet, ac magno periculo ſeſe expoſuiſſet? Nec, credimus ipſum *Joſephum*, qvi tunc temporis aderat, æqvo animo laturum fuiſſe, ſi hac ratione fœtum edere voluiſſet. Liberos enim parere, omnium ſanè judicio, res eſt periculi pleniſſima, hinc tot piæ mulieres haud raro, licet magno obſtetricum ac mulierum ſapientiſſimarum ſtipatæ ſint numero, vel in partu vel poſt partum morte corripiuntur, atqve ſuo docent exemplo, haud temerariè hoc opus eſſe ſuſcipiendum. *Gen. XXXIV 17. 18. 1. Sam. IV. 20.* Ut non attingamus, *Mariam* ab *Eliſabeta*, qvippe qvam inviſerat, procul omni dubio fuiſſe edoctam, ut piè & prudenter, appropinqvante pariendi tempore, ſeſe gereret, atqve ea adjumenta qværeret, qvæ, ſalva pietate, implorare poſſet. Secura qvidem erat à metu mortis, audito Angeli Evangelio, qvod Filium DEi ſit genitura, *Luc. I. 31.* propterea tamen potuit circumſpecte agere, ac ea adhibere media, qvæ in ſe erant licita. DEi promiſſum, per Angelum annunciatum, innuit ſingularem ſummi Numinis *benevolentiam*, Mariæ autem ſtudium, qvod adhibuit in qværenda obſtetrice, declarat ejus *prudentiam*.

§. 8. Deindè verbis Evangeliſtæ, virginis partum deſcribentis, ſtrictè eſt inhærendum. Ita vero *Lucas c. II. v. 6. 7.* breviter qvidem, ſed rotundè rem omnem, prout geſta eſt, commemorat. Ἐγένετο δὲ ἐν τῷ εἶναι αὐτοὺς ἐκεῖ, ἐπλήσθησαν αἱ ἡμέραι τοῦ τεκεῖν αὐτήν. Καὶ ἔτεκε τὸν υἱὸν αὐτῆς τὸν πρωτότοκον. *Factum vero eſt, qvum illi ibi eſſent, ut implerentur dies, ut illa pareret. Peperit itaqve filium ſuum primogenitum.* Qvæ verba B. D. Sebaſtianus Schmidius in *Germanica Paraphraſi* ita *p. 789.* reddidit: Es begab ſich aber aus ſonderbahrer Schickung Gottes/ daß/ als ſie daſelbſt waren/ die Zeit kam/daß ſie gebähren ſolte/ nach dem gemeinen Lauff der Natur/ welcher GOtt auch in der Geburt ſeines Sohnes Raum und Statt gegeben hat. Und ſie gebahr glücklich ihren erſten Sohn. Dum ergo ejusmodi utitur verbo, τοῦ τεκεῖν qvod de aliis parturientibus *Luc. I. 57. Joh. XVI. 21.* uſurpatur, qvid, qvæſo, obſtat, qvo minus dicamus, uſitato naturæ

ordine

rdine Chriſtum à matre ſuâ in hanc lucem fuiſſe editum. Qvâ n re ſectandum eſſe arbitramur Theologum noſtrâ laude ma- orem, D. *Martinum Chemnitium*, in *Harmoniæ Evangeliſtarum* *T. I. Cap. VIII. f. 92.* venuſtè ſatis de hoc argumento diſſeren- em: *Illud dignum eſt admiratione, qvod Evangeliſta adeò ſim- liciter, & qvidem tam paucis verbis proſeqvitur & abſolvit illam artem hiſtoriæ, qvomodò filius DEi homo factus, ex Mariâ ma- re per nativitatem in hunc mundum progreſſus & natus ſit.* - - *t ſanè non his tantum* (qvod clauſo utero prodierit) *verùm iam majoribus miraculis Chriſtum potuiſſe naſci, non eſt dubi- m: Sed Lucas ſimpliciter utitur vulgaribus & uſitatis vocabulis.* Impleti ſunt dies, ut Maria pareret, & peperit filium ſuum) *videtur hoc ideò feciſſe, ut oſtenderet, non qværenda eſſe præ- r ſcripturæ teſtimonia extraordinaria miracula in nativitate Chri- : ſed qvæ naturali ratione poſt conceptum fœtum in utero ma- rno ſeqvi, qvæ in partu fieri, & partum comitari ſolent, cogi- nda eſſe etiam de hac nativitate.* Qvæ verba exqviſiti judicii præclaræ doctrinæ Theologo, *D. Balthaſari Menzero*, haud ſplicuiſſe, ſeqventia, qvæ *T. II. Opp. Latin. p. 332.* leguntur, is ſuperqve probant: *Fateor, plura eſſe & clariora teſtimo- , pro ſententia negante,* (non utero aperto, ſed miraculoſo ódo in hanc lucem prodiiſſe) *& jucundum eſt voci puræ Ec- ſiæ communioni conſentire; ſed tamen improbare nolo pulcher- nam illam regulam, graviſſimi Theologi, Dn. D. Martini Chem- ii, in aureo libro Harmoniæ Evangelicæ, (cui utinam addere imam manum, per DEi voluntatem, Vir tantus potuiſſet!) n qværenda eſſe præter &c.* Ut ea non repetamus, qvæ apud *Jo. Gerhardum*, magni nominis Theologum, *T. I. LL* de *ſonâ & officio Chriſti, Cap. VI. §. 147. p. 695. edit. Jen. 1628.* untur, atq; *Chemnitiana* verba illuſtrant. Hoc itaqve ad- ſo, ac fundamenti loco poſito, ſcilicet à verbis *Evangeliſtæ*, dem modo Chriſti Nativitatem deſcribentis, qvo aliorum minum ortus indicari ſolent, ac nulla planè miracula, in *Nativitate* facta, commemorantis, non eſſe recedendum, d immeritò in eam devenire licet ſententiam, *Chriſtum*

vere & naturaliter ex utero matris prodiiſſe. Qvid attinet con-fingere miracula, tacente Scriptura? quæ ſimpliciter h. l. de Ma-ria ait: ἔτεκε peperit filium ſuum. Quid vero ſit parere, nemi-nem, puto, præterit. Inde etiam Chriſtus eorum legi, qvi matri-cem aperuerant, ſe ſubjecit. Luc. II. 23. bene in hunc locum commentatur *M. Chriſtianus* Schütze / Illuſtris Auguſtei, qvo *Leucopetræ* eſt, olim Inſpector, in *Annotationibus Philologic ad Hiſtoriam Nativitatis Dominicæ* ex *Evangelio D. Lucæ, c. I 1.-14. Leucopetræ 1676.* impreſſis *p. 10.* Hinc rejicimus eorum ſen-tentiam, qvi, notante Jo. de Sylveira in *Comment. in Textu Evangel. Tom. I. p. 208.* & B. Scherzero in *Colleg. Anti-Calvi p. 655.* dicunt, Chriſtum in corde fuiſſe conceptum, ac per umbilicum & ilia, vel per aliam corporis partem, exiiſſe. Diſer enim legitur, eam *in utero* (ἐν γαςρὶ) *concepiſſe. Luc. I. 31.* Hi recte Jo. Damaſcenus *Lib. IV. Orthodoxæ Fidei Cap. XV. f. 28 a. edit. Pariſ. 1604.* ſcribit: *Conceptio quidem per aurem contigi Procreatio autem per eam partem, qva fœtus in lucem exire co ſveverunt: (tametſi non deſint, qui eum per DEi genitricis lat fluxiſſe fabulentur.)* A proprietate itaqve literæ ſi incauti rec deremus, & miracula, neſcientes qva ducti curioſitate, fing remus, tunc fidei labefactaretur fundamentum, deqve noſtr plane actum foret ſalute. Rectius ergo illi ſibi conſulunt, q verbis divini Codicis pia ſimplicitate inhærentes, miracula pr ter neceſſitatem excogitare detrectant. Qvapropter nobis ha temperare poſſumus, qvo minus Excellentiſſimum *Dorſcheu* in *Admirandorum JEſu Chriſti Septenario p. 100.* pulchre & ac loqventem hic audiamus: *Hoc eſt admirandum puerperium: qu an ſine uteri apertura, ſine doloribus, ſine ejusmodi aliis, qui onerata ſolet eſſe humana nativitas, contigerit, fruſtra quærit Cur enim removebimus ab hac genitura, quæ Scriptura non re vit. Eſt ſane relicta B. Virgini intemerata ſua virginitas. Sanct ſima æterni Opificis manus eam contaminare non potuit. Pepe tamen, uterum aperuit: ſarcinam depoſuit: alia excluſit, qua p tus ſunt in utero fulcimenta & nutrimenta. Quid hic miracul fingamus, ubi ſimpliciſſimo communis ſermonis velamento rem to*

te

*rit divina Scriptura. Eſt hoc ſane etiam mirandum, quod in-
mo ad terras veſtigio non caruerit Salvator illis conatibus &
oribus, quibus ob primum peccatum parens cum partu pre-
tur.* Excipiunt qvidem adverſæ ſententiæ Patroni, ex com-
ıni illo *pariendi* verbo, ab Evangeliſta adhibito, non poſſe
ſumi argumentum, cum Spir. S. in deſcribenda concepti-
e idem adhibeat verbum, qvod de aliis uſurpari ſoleat, ex-
le tamen non ſequi, concipiendi modum communem & na-
alem extitiſſe. Verum *reſponſionem* ad hoc dubium facile
re poſſumus (1) ſcilicet tamdiu vocem aliqvam nativum
m ſignificatum retinere, qvamdiu contrarium ſcriptura non
gerat. Jam vero de Conceptione ipſe Angelus diſerte locu-
eſt, quod qvidem modo plane extraordinario, veniente Spir.
ncto ſuper illam, Maria ſit conceptura, interim tamen (2)
am ortum ratione humanæ naturæ ei ſit acceptum relatu-
Filius DEi, qvippe qvi originem ſuam habuit ex ſubſtantia
tris ſuæ. Eſt ergo uterus matris officina, in qva Filius DEi
nanam naturam aſſumpſit. Et hoc modo idem verbum hoc
loco adhibetur, *non ad connotandam paritatem conceptionis,
ad indicandam ſubſtantiam humanam, qvam, cum concipere-
, in utero matris aſſumpſit, prout communi more infantes in
ro carnis & anima redduntur compotes.* Quia ergo *Lucas*
deſcribenda Chriſti Nativitate eodem verbo uti ſuevit, quod
s exprimit reliqvorum hominum ortum, neqve ulla legitur
rictio, qvæ ad extraordinarium egreſſum nos reſpicere ju-
t, nec nobis vitio verſum iri arbitramur, ſi, ſecundum or-
arium naturæ curſum Chriſti Nativitatem factam fuiſſe, pie
ceamus. Ordinarie autem puerperis obſtetrices adeſſe, omnes
ebimus conſentientes. Hæc ſane ſententia tutius admitti po-
, qvam illa commenta, qvæ *Brigittæ* fuerunt revelata, alii
de Sylveira *l. c. p. 208.* modum partus ita enarrantia: *Tunc
go genuflexa eſt cum magna reverentia flectens ſe ad orientem,
ebat vero faciem ad cœlum elevatam. Erectis igitur manibus,
oculis in cœlum intentis, ſtabat quaſi in ecſtaſi contemplationis
penſa, inebriata divina dulcedine, & ea ſic in oratione ſtante,
vidit*

vidit tunc moveri jacentem in utero ejus, & illico in momento, &
ictu oculi peperit filium. O mira ſomnia!

§. 9. Sed nec alia deſunt Scripturæ loca, qvæ nos i
ſententia recepta ulterius confirmant. Ipſe enim Meſſias, Da
vidis ore loqvens, profitetur, è matris utero ſe fuiſſe eductum
Tu (tamen es) *eductor meus ex utero: fiduciam mihi facien*
ſuper uberibus matris meæ. Pſ. XXII. 10. Jam qværitur hic no
immerito, qvomodo DEus eum eduxerit? Qvamvis enim ne
gare haud ſuſtineamus, DEum *immediate* eum extrahere potu
iſſe, qvemadmodum eadem ratione illum absq; cibo alere a
ſuſtentare ei fuiſſet integrum. Veruntamen qvia modo con
ſveto uti, ac cibis ordinariis veſci placuit, nec à vero aberratu
iri credimus, ſi dicamus, haud diſſimili ratione DEum cum ill
egiſſe, cum in hanc prodiiſſet lucem, atqve adeò *meditatè*
um eduxiſſe. Illuſtrat mentem noſtram docta expoſitio B. no
ſtri *Carpzovii*, qvæ in *Homiliis*, *Eſaiam Evangeliſtam* exponent
bus, legitur, atqve his verbis *p. 118. ſq.* concepta eſt. Sei
Mutter Maria hat ihn von der Zeit ihrer wunderbahren un
übernatürlichen Empfängniß an / gantz ordentlicher und na
türlicher Weiſe unter ihrem Hertzen getragen / wie Eliſabe
und andere Mütter ihre Kinder / da er immer zugenom
men und gröſſer worden / biß die Zeit nach neun Monde
um geweſen / daß ſie ihn gebohren. **Da hat ihn GOtt a**
ſeiner Mutter Leibe gezogen / *Pſal. XXII. 10.* **nicht unmi**
telbahr / ſondern vermittelſt menſchlicher Hülffe / wie
auch den David aus ſeiner Mutter Leibe gezogen / *Pſal. LXX*
6. Deprædicat qvidem Filius DEi Patris ſui benignitaten
qvam à primis nativitatis annis expertus eſt, atqve in hunc fe
mè modum DEum & Patrem ſuum æternum compellare volui
Tu manibus tuis me prodeuntem ex utero infantulum, velut o
ſtetrix, ſuſcepiſti, & fidei tutelæqve tuæ ab utero commiſſum
habuiſti, prout verba hæc paraphraſtica ſuggeſſit B. D. Hen
cus Höpfnerus, Theologus Lipſienſis, in *Prælect. in h. l.* qv
in *Acad. Gryphico-Pomerana A. 1704* Dn. D. Jo. Frid. Mayer
in *Colloqvii Academici* vicem propoſuit, *p. 24.* Verum neqv
h

hæc laudis divinæ celebratio noſtræ obſtare poteſt Aſſertioni. Eſt enim DEus celebrandus ob beneficia, per homines qvoq; nobis præſtita. Nam ſi obſtetrices in iuvandis puerperis divino auxilio deſtituerentur, nonne, qvæſo, operam omnem & oleum perderent? Pſ. CXXVII. 1. 2. Laudavit in verbis ſubſeqventibus Patris cœleſtis benignitatem & curam, ſui ipſius cauſa ſuſceptam, qvâ lacti pultiq; benedixit, propterea tamen inde non licebit inferre, Patrem *immediatè* filium ſuum aluiſſe ac ſuſtentaſſe. *Eſ. VII. 15.* Ea enim, qvæ beneficio divino mediatè nobis contingunt, pari ratione grato animo ſunt excipienda, ac deprædicanda, ac ſi immediate fierent. Bene hinc in locum noſtrum ſcribit *B. D. Paulus Laurentius*, Theologus Saxonico Dreſdenſis, ac poſtea Miſenenſis, in *Homiliis*, qvibus *Pſalmum* XXII. illuſtravit, *A. 1608.* editis *p. 135.* Daß aber der HERR Chriſtus/ da er ein Kind worden iſt/ mit Mutter-Milch hat können ernehret werden/ daß davon ſein Fleiſch hat können zunehmen/ daß ſeine knarplichte ſchwache Gliedmaß von ſolchem fluido alimento, ſo von geringer Speiſe habe erſtarcken können/ daß ihm ſeine Päppe wohl bekommen iſt/ das ſind lauter göttliche Wunderwercke/ ſpricht er/ und dancket alſo dafür. *Paulus* deinde verbis diſertis docet, Chriſtum nobis κατὰ πάντα factum fuiſſe ſimilem. *Ebr. II. 17.* Qvamvis enim, ſi modum Conceptionis ejus ſpectemus, factus nobis ſit diſſimilis, ne peccati contaminaretur labe, tamen, poſt factam Conceptionem, in omnibus paria nobiscum ſuſtinere ac perpeti haud dedignatus eſt. Ab hac ergo univerſalitate, qvam *Paulus* hîc indicat, nobis non eſt deflectendum. Imo ipſe Chriſtus vocatur *maſculus aperiens matricem*, *Luc. II. 23.* qvod num ſolus, num vero ope aliarum fecerit, merito diſceptatur. Nobis ita videtur, Chriſtum aperuiſſe uterum matris, obſtetricis opera haud deſtitutum.

§. 10. Hæc omnia vero, qvæ hactenus aſſeruimus, minime lædunt *Fidei analogiam*. Dum enim dicimus, Chriſtum in omnibus nobis factum fuiſſe ſimillimum, atqve, cum naſceretur, in profundiſſimo Exinanitionis ſtatu extitiſſe, imo de-

fectus naturales inculpabiles in ſe ſuſcepiſſe, qvilibet inde colligere poterit, ea per noſtram aſſertionem magis magisqve confirmari illuſtrariqve. Qvemadmodum enim reliqvi infantes ordinariè gignuntur, adſtantibus & opitulantibus obſtetricibus, & in ipſo partu permulta faſtidia ac dolores ſentiunt, ita DEI Filius ex Maria genitus, παραπλησίως ea omnia in ſe ſuſcepit, ut oſtenderet, ſe noſtrum eſſe fratrem, noſtramqve miſeriam non eſſe averſatum. Audiamus ejus rei ergo accuratiſſimum ac ſolidiſſimum Theologum, D. Mart. Chemnitium, in *Harm. Evang. l. c. p. 92.* ita docentem: *Conſiderentur illa omnia, qvæ in utero materno, fœtui concepto, naturali ratione accidere, qvæ in partu fieri ſolent, & aliquo modo cogitari poterit, qvanta fuerit exinanitio, ipſis etiam angelis admiranda, qvod filius DEI in aſſumpta ſua humana natura illa ſuſtinuerit. Potuiſſet ſane veram humanam naturam aſſumere, vel ſicut Adam ex limo terræ formatus eſt, vel ſicut Eva ex latere Adæ ædificata eſt, vel alia ſupernaturali ratione. Sed propter nos, ut miſeram & immundam noſtram nativitatem mundaret & ſanctificaret, utqve fratribus, excepto peccato, per omnia ſimilis fieret, voluit illa, in ſua nativitate, ſuſtinere.* Quibus ὁμόψηφα ſunt illa, quæ in *Tract. de duabus Naturis in Chriſto, Cap. III, p. 39. edit. Lipſ. 1580.* conſignavit: *Ut eo firmior eſſet conſolatio, ad redemptionem hujus noſtræ miſeræ naturæ pertinere Incarnationem Filii DEI: Non voluit, ſicut potuiſſet, vel ex nihilo creare, vel de limo terræ formare, vel ex humana coſta ædificare humanam, qvam aſſumeret, naturam. Sed voluit concipi, in utero geſtari, ex utero naſcendo progredi, ſicut habet noſtra naturalis conceptio & nativitas, excepto per ſuperventum Spiritus Sancti peccato, ut eo minus dubitaremus, eſſe carnem nobis conſubſtantialem, & certi redderemur, noſtræ conceptioni, nativitati & toti naturæ noſtræ reparandæ & ſalvandæ incarnationem Filii DEi impendi.* Idem *Cap. XVI. p. 212.* denuo ſcribit: *Inde aliqvo modo æſtimari poteſt immenſa humilitas Filii DEI, qvi ita carni ſuæ unitus, in ea ὑπέμεινε ſuſtinuit & toleravit, (ſicut Cyrillus loqvitur in epiſtola ſynodica) conceptionem, uteri geſtationem, nativitatem ex vulva, & qvæ his natu-*

raliter,

aliter, excepto peccato, conjuncta ſunt. Potuiſſet enim, vel ſicut in Adamo ex pulvere terra, vel ſicut in Eva ex coſta, vel ex ſſe aliqvo absqve naturali conceptione & nativitate, ſibi formare humanam naturam, & aſſumere. Sed voluit in propria ſua arne, in qvâ tota divinitatis plenitudo habitabat corporaliter, lla omnia, qvæ ad conceptionem & nativitatem pertinent, ſuſtiere, ut noſtram immundam conceptionem & corruptam nativiatem expiaret & ſanctificaret, ſua illa conceptione & nativiate, qvam ipſe Filius DEi in propria ſua carne, ſicut nos, ſed bsq; peccato, ſuſtinuit. Hanc ergò *fidei analogiam* ut teneanus integre & conſtanter, ipſius argumenti ſvadet dignitas. Noſtro autem aſſerto illam nullatenus everti, nobis eſt perſvaſiſſimum.

§. 11. Addimus & hoc, quod *eximiam* prorſus *conſolatinem* ſecum afferat. *Nativitas* enim *illa per egreſſum* (opitunante obſtetricis manu factum,) *verè fuit meritoria, ut ſatisfaciat pro noſtro egreſſu, qui cum peccato fit*, eleganter ſcribit B. Scherzerus in *Colleg. Anti-Calviniano p. 654.* Hinc non ſolum ſolatium in *infantes*, ſed etiam in ipſas *puerperas* redundat dulciſſimum, quando conſiderant, *Chriſtum* ab obſtetrice fuiſſe eductum & exceptum, & ipſam *Mariam*, DEiparam, ope obſtetricis indiguiſſe. Ideoq; ſequentem in modum erigi poſſunt. Es ſollen ſich Chriſtliche Eltern tröſten der Geburt Chriſti/ und nicht zweiffeln/ er werde auch ihnen/ krafft ſeiner heiligen Geburt/ eine glückſelige Geburt wiederfahren laſſen. Solts aber über verhoffen anders als wohl zugehen/ daß das Kindlein etwa in der Geburt ohne Tauffe dahin ſtürbe/ ſo iſt es darumb nicht verdammt noch verlohren. Denn das Gnadenreiche Marien Kindlein/ JEſus Chriſtus/ iſt alsbald von Mutterleibe an unſer und unſer Kinder wahrer Heyland worden: Er hats auch ſelbſt erfahren/ wie gefährlich es umb ein Kindlein in der Geburth ſtehet/ ja weil er von Ewigkeit her geſehen/ in was Geburts-Noht ein ſolch Kindlein gerathen würde: ſo hat er auch von Ewigkeit her auff Mittel und Wege gedacht/ wie ein ſolch armes Würmlein bey ſeiner

Seelen Seeligkeit möge durch den erhalten werden. Schwangere Matronen und kreiſende Mütterlein ſollen ihren aus der Geburt Chriſti ein fein gelindes Wiſch-Tüchlein machen / damit ſie ihren kalten Angſtſchweiß / in ihrer ſchmertzlichen Geburts-Arbeit fein ſäuberlich ſollen und können abwiſchen / und ſich tröſten / das heilige ſeelige Chriſt-Kindlein hab auch in ſeiner Geburt / ihren ängſtlichen Geburtsſtand geheiliget / ja er hats auch ſelbſt gefühlet und ausgeſtanden / was ihre liebe Leibes-Früchte jetzt an der Geburt ausſtehen müſſen / und der werde auch ihnen / krafft ſeiner heiligen Geburt / mit ſeiner allmächtigen Hand hindurch helffen / damit auch dieſelbe mit der Zeit / wie er / aus dem 22. Pſalm rühmen und ſagen können: **Du haſt mich aus meiner Mutter Leibe gezogen /** ut verbis utamur *D. Joh. Förſteri* Theologi primum Wittebergenſis, ac poſtea Islebienſis, in *Concionibus Feſtival. ſ.* **Hohen Feſttags-Schreinlein** / *p. 20. 21.* Admiſſo ergo hoc, Mariam cum primogenito ſuo dolores ſenſiſſe, ultro ſequitur, nec obſtetricem ipſi defuiſſe, qvæ eam juvaret, ac dolores mitigaret.

§. 12. Ut igitur ea, qvæ jam fuſius deduximus, in compendium mittamus, ſequentem proferre liceat Syllogiſmum. Qvæc. ſententia Mariam à temeritate abſolvit τῷ ῥητῷ Verborum Scriptoris, Nativitatem Chriſti deſcribentis, inhæret, ac nulla miracula fingit, è ſcripturâ ſacrâ illuſtrari poteſt, & Fidei Analogiæ non adverſatur, ac præterea dulciſſimam affert conſolationem, illa, ut probabilis, eſt toleranda. Atqui hæc noſtra ſententia, qua aſſeritur, Mariam, Filium DEi parientem, obſtetricis opera fuiſſe uſam, eſt talis, Ergo. Minoris veritatem per ſingula membra probavimus, firmiter nobis perſvaſi, aſſertum hocce noſtrum firmiore ſtare talo, quam ſi cum Pontificiis dicamus, eam Angelorum miniſterio fuiſſe fruitam, eosq; JEſum ex utero matris naſcendo progreſſum excepiſſe. Ita enim Corn. à Lapide *Comment. in h. l. f. 48.* ſcribit: *Pientius & ſublimius Franc. Svarez opinatur, Chriſtum mox, ut natus eſt, ab angelis in brachia matris ſanctisſimæ & amantiſſimæ*

fuiſſe

iſſe depoſitum. Nam ſi hoc à ſanctis factum fuiſſet Angelis,
r Scriptor *θεόπνευστος* iſtud non commemoravit, qui per-
am diligenter cuncta annotavit, quæ ab Angelis, poſt Chri-
nativitatem, fuerunt peracta? Verum, commentitiis fabel-
animum paſcere ſolent illi, qui verbo DEi non ſunt con-
ati, ac Mariam plus juſto honorant.

§. 13. Videntur tamen quædam dictis noſtris obſtare, quæ
paucis adhuc removeamus, argumenti expoſcere videtur di-
itas. Excipiunt itaq; adverſæ ſententiæ Fautores (1.) Ma-
m ſtatim poſt partum editum infantem in præſepi reclinaſſe,
. *II. 7.* quod facere non potuiſſet, ſi partus doloribus fu-
t infirmata, vel obſtetricem præſto habuiſſet; (2.) eam
blehemi peperiſſe, cum magnus ibidem hominum concur-
eſſet, vix ac ne vix obſtetrix quæri potuiſſet, atq; Maria in
nma vixiſſet paupertate. (3.) Mariæ Virginitatem hoc mo-
valdè lædi, (4.) Patrumq; Autoritatem everti, ac (5.) Cal-
iana principia adoptari. Verum hiſce Exceptionibus para-
eſt facilis reſponſio. Ad (1.) ergo dicimus, non negari,
Maria dici, quod recens natum primogenitum in præſepe
uerit, verum hoc *meditate* fieri potuit per obſtetricem, cui
mandatis dederat, ut hoc modo curam infantis haberet,
locum, in quo tutò quieſceret, ipſi exquireret. De *Pilato*
tum legimus, quod Chriſtum flagellaverit. *Joh. XIX. 1.*
quis verò non novit, mediatè illam flagellationem fuiſſe
actam? Et poſito, ipſam *Mariam* filium ſuum præſepio im-
uiſſe, inde tamen non ſequitur, eam propterea omni caru-
vel obſtetrice, vel nullos expertam fuiſſe dolores. Non
nes enim puerperæ, licet dolorum acerbitatem expertæ fu-
t, ita debilitantur, ut non poſſint infantes curare, eisq; be-
roſpicere. Quod enim divites mulieres facere recuſant, id
trà pauperes fœminæ eo promptius in ſe ſuſcipiunt. Noth
Liebe haben kein Gebot. (2.) reponi poteſt, magnam ho-
um frequentiam tantum probare, quod in diverſorio fili-
parere ei non licuerit, ſed in ſtabulo hunc laborem in ſe
ipere debuerit. Quis vero inde concludere vellet, obſte-

tricem propterea non potuiſſe quæri aut inveniri? Ergone ii in locis, ubi magna datur hominum copia, obſtetrices vel a-liæ honeſtæ fœminæ indagari neqveunt? Et licet paupertate oppreſſa fuerit noſtra, propterea tamen omnis opera ab obſte-trice expectanda ipſi denegari nequit. Auch armen Weiber müſſen die Wehe-Mütter beyſtehen. (3.) cenſemus, Virgini-tatem Mariæ planè non everti. Hinc docemus, nos *fide di-vinâ* credere, Mariam *ante partum & in partu* fuiſſe virginem *Eſ. VII, 14. Matth. I, 18. Luc. I, 34.* ſed quod *poſt partum* virg permanſerit, *fide humanâ* credimus, ob conſenſum Antiquita-tis Eccleſiaſticæ. Qvapropter aſſerimus, Mariam peperiſſe πρωτότοκον, ſeu μονότοκον, ac nullos alios liberos eum fuiſſ inſecutos. Virginitas autem ejus ſarta tectaqve permanſit, *qui Virum non cognovit.* Læſio enim Virginitatis fit per libidine & virilem ingreſſum ſeu *congreſſum*, non verò per *fœtus egreſ-ſum*, aliàs enim ſequeretur, gravidas fœminas, quæ primùm conceperunt, toto geſtationis tempore usque ad partum ma-nere Virgines, vel ſteriles fœminas adhuc eſſe virgines. Vi B. Scherzeri *Syſtema Theol. p. 180.* & *Colleg. Anti-Calvin. p. 65 ſq.* Quia ergò Maria Virum non admiſit, ideoqve Virginit-tem qvoqve ſalvam habuit, licet poſtea pepererit. Peperit q-dem modo ordinario, ſed non concepit modo ordinario, hi qvoqve permanſit virgo. Noſtræ qvidem fœminæ parientes bi teſtimonium perhibent, qvod Virum admiſerint & virginit tem perdiderint, ſed idem de *Deipara* pronunciari haud pote (4.) Patrum Autoritatem qvod ſpectat, reſpondemus cum Chemnitio ex *Harm. Evangel. l. 6. p. 93. Hæc non malo forſ animo excogitata ſunt, quia judicatum eſt, talem abjectam & o-ſcuram nativitatem, ſicut à Luca deſcribitur, indignam eſſe M-jeſtate Filii DEI, ſed cogitandum erat illud, Lucerna pedibus m verbum tuum. Omnino enim etiam ad nativitatem Chriſti p-tinet, quod Paulus dicit: cum in forma DEi eſſet, exinanivit met ipſum, forma ſervi ſumta.* Addimus & hoc, Patres nonn-los, quo majorem gloriam *Mariæ* vindicarent & aſſererent atqve Virginitatis ejus hoſtes confutarent, eo deveniſſe, ut

cere

rent, illam utero clauſo & ſine obſtetrice peperiſſe. Sed hi ni Viri vel nimium rhetoricati ſunt, vel ſtatum Exinanitionis riſti non adeò dextrè explicuerunt. Si verò eorum autori- e pugnandum foret, forſan nec nobis deeſſent in contrari- producendi. Vid. Sixtus Senenſis *Bibl. S. L. VI. Annot. XXIII. p. 606. ſq.* Jo. Lorinus Comment. *in Pſ. T. I. f. 298.* herzerus *l. c. p. 180.* & in *Colleg. Anti-Calv. p. 653.* Dn. D. ſp. Lœſcherus iu *Amœnitat. Evangel. p. 19.* & Jo. Hoornbec- s in *Miſcell. ſacris p. 27.* (5.) Deniqve cenſemus, Calvini- os, negantes, Chriſti carni idiomata divina, vi unionis per- alis, communicata fuiſſe, nullum inde reportare præſidi- . *Calviniani* enim, verba B. Scherzeri è *Syſt. Theol. p. 181.* tra facimus, *aperto utero prodiiſſe ideo docent, qvod clauſo, negatam Idiomatum communicationem, prodire non potuerit. nos communicationem Idiomatum, adeoqve poſſibilem etiam uſo utero tranſitum aſſerimus.*

§. 14. Hæc ergò pia ſunt Cogitata mentis noſtræ, qvæ a hoc *Problema* eloqvi voluimus, non dubitantes, fore, ut *lores*, qvos exoptamus, ingenui, ea æqvi boniqve conſu- t, vel, ſi qvid rectiùs iſtis norint, candide impertiant. Cæ- m hoc in votis unicè habemus, ut magnos fructus ex *Tra- tione Dominica* quotidiana pietate in nos derivare poſſimus. verò ſunt *Salus noſtra æterna, Gaudium magnum ſpirituale, cum DEO, cum Angelis, & cum noſtro corde, & cum Ho- ibus εὐδοκία*, prout eos notavit B. Feurbornius in *Opp. Theo. p. 1667.* *Honoretur* autem, ſic verbis Leonis Magni è *Serm. de Nativ. Chriſti, p. m. 24. edit. Pariſ. 1671* finimus, *in infan- ſua Dominus, nec ad Deitatis referantur injuriam exordia & ementa corporea, qvoniam naturæ incommutabili nec addidit id noſtra natura nec minuit, ſed qvi in ſimilitudinem carnis ati dignatus eſt hominibus eſſe conformis, in unitate Deitatis Patri permanet æqvalis, cum quo & Spiritu Sancto vivit & regnat in ſecula ſeculorum! AMEN.*

(o)

GEORGI HEINRICI GOETZI, D.

Superint. Lubec.

DISSERTATIO HISTORICO-THEOLOGICA,

De

MENSIS PONTIFICIORUM VENENATIS.

Qvam

D. XXIIX. Maji, A. MDCCXV.

H. L. Q. C.

tuebitur

JO. HERMANNUS SIRICIUS,

LUBECENSIS,

Vocatus Eccleſiaſtes Travemündanus.

LUBECÆ,

Prelo SCHMALHERTZIANO.

XXI.

PRAELOQUIUM.

*** *** ***

SIngulare ac memoratu dignum Privilegium erat, qvod Salvator generis humani, è mortuis reſuſcitatus, Apoſtolis, in mundum univerſum ituris, benevole conceſſerat, illos, ſi mortiferum in manibus tenerent poculum, certiſſime ſervatum, atqve ab omni periculo iri liberatum. *Marc. XVI. 18.* Hoc ipſo enim verbo Evangelii, gentibus annunciando, pondus & efficaciam addere decreverat, miniſtros illos, qvos adſciſcendos eſſe judicavit, ſolenniter ad hoc munus eſſe evocatos, ut omnes terræ angulos perreptarent, atqve univerſa, quæ vel auribus percepe- rant, vel oculis uſurpaverant, libere candideqve ediſſererent, atqve ad veram doctrinam amplectendam ſingulos decenter invitarent. Dum autem varia donorum genera eisdem tributa eſſe legimus, nec illud reticendum eſſe exiſtimavit ſapientiſſimus Dominus, qvod, ſi cum acerbioris naturæ hominibus ipſis vivendum eſſet, iſtorum nec mortiferæ potiones, nec carnifices epulæ, ullum detrimentum valetudini eorum eſſent allaturæ. Nullum proinde dubium adeſſe poteſt, qvin hæc, qvam dedit, promiſſio eventu felici gaviſa fuerit, atqve haud paucis toxica minime nocuerint. Eò reſpicit *Theophylactus*, in *Comment.* in *Marcum f. m. 76. b.* interprete *Jo. Oecolampadio*, ita ſcribens: *Sæpe hæc facta ſunt, ut in hiſtoriis invenimus: multi enim & venenum bibentes, per ſignaculum crucis illæſi conſervati ſunt.* Num *Johannes*, Apoſtolus, fructum hujus immunitatis conſecutus fuerit, prout nonnullis videtur, apud *Jo. Gerhardum Harm. Evangeliſt. P. V. Cap. CCXVI. f. 454.* nec non *Gretſero* & *Molano*, adductis à *Martino Diefenbachio*, in *Diſſertat.* de *vero mortis genere, ex qvo Henr. VII. Imperator obiit, p. 273,* jam non inqviram, haud ignarus, illud à quibusdam adhuc in dubium vocari. Seqventia enim *Tob. Pfannerus*, in erudita *Diatribe*, de *Chariſmatibus, ſive Donis miraculoſis antiquæ Eccleſiæ, Cap. III. p. 179. ſq.* de aſſerto hoc notavit: *Veneni ſine damno hauſti in Johanne Apoſtolo exemplum vulgo jactatur, de qvo apud veteres, qvod ipſe norim, nihil; & ex noſtris Joachimus Camerarius (in Vit. Jo. Evangel. p. 129.)*

qvi

WELLCOME LIBRARY INSTITUTE

58700(12)

qvi vitam illius prolixè alioqvin conſcripſit, ſatis frigide: Fertur & venenum bibiſſe, neque id ei nocuiſſe. Ut facile animadvertas, nihil reperiſſe hominem cæteroqvin induſtrium, qvo nimirum fidem adſereret. Huic addi meretur B. *Jacobi Thomaſii Diſſertatio, de Poculo S. Johannis*, qvod vulgò appellant St. Johannis Trunck/ *Lipſiæ*, A. MDCLXXV, propoſita *Cap. III.* in qvo aſſeritur, narrationem de *S. Johanne, venenum bibente*, ſuſpectæ eſſe fidei, & recentioris ævi commentum. Qvamvis autem ea ætate, qua Eccleſia Novi Teſtamenti diverſis in locis plantanda erat, ſine damno fideles poculis venenoſis uti potuerint, attamen, inſecutis temporibus, donum hoc, Deo ita diſpenſante, ceſſavit, & qvamplurimi, qvibus odium acerbiſſimum hominum iniqviſſimorum ſubeundum fuit, haud exiguum detrimentum ex venenatis cibis & potionibus ceperunt. Et hoc ipſum argumentum eſt, qvod uberius nunc exponere mihi propoſui, nonnunqvam ſcilicet Pontificios eò progreſſos fuiſſe impietatis, ut veræ præprimis doctrinæ cultoribus mortis pocula obtulerint, vel ejusmodi menſas inſtruxerint, qvæ felle veneni fuerunt armatæ, &qvibus in magnum vitæ diſcrimen ſingulos, qvi ab eorum partibus ſtare noluerunt, conjecerunt. Qvo verò ordine omnia expediantur, *duabus Sectionibus* dicenda nunc includam, qvarum *prior*, eaqve *Hiſtorica*, illos, qvi ad menſas venenatas ab iisdem fuerunt invitati, commemorabit, *poſterior* vero, *Theologica* putà, varias obſervationes complectetur, huic inſtituto accommodatas. Tu verò, Deus Optime, qvi rebus Eccleſiæ tuæ valde afflictæ ſuccurrere hucusqve ſveviſti, ſacros hoſce conatus benignius reſpicere haud dedignare, atqve veros doctrinæ tuæ aſſertores tuere, ac protege, ne truculentiſſimorum hoſtium inſultus eos affligant, deprimant, ac vita ſpolient. Domine, ignoſce illis, qvi hiſce criminibus ſeſe inqvinarunt, vel ea perpetrare adhuc in animum induxerunt, non enim intelligunt, qvid vel fecerint, vel ſint facturi!

Sectio Hiſtorica.

§. I. *Pontificios* autem haud rarò menſas valde noxias apparaſſe, mihi nunc erit evincendum. Per *illos* vero intellectos volo iſtos homines, ſive ſacris ſint initiati, ſive profani audiant, qvi in Papæ Romani

mani

mani verba jurant, ejusqve dogmata & auctoritatem omni ſtudio pr
pagare nituntur. Inter illos autem recipiendos eſſe puto, non ſolu
infimæ ſortis homines, qvi nonnunqvam, pretio conducti, venena
pocula adornarunt, eaqve aliis, qvi vita tollendi erant, obtulerun
ſed etiam magnos in Eccleſia & Republica Viros, qvi vel Curiæ Rom
næ vocantur Præſides, vel Principum ac Dominantium ſibi tribuu
nomen autoritatemqve, vel deniqve in ſacro munere conſtituti al
exemplo præeſſe, & vitæ integri ſcelerisqve puri exiſtere debuerun
Ecqvem enim latet, Pontifices qvoqve Romanos iisdem artib
nominis ſui famam valde obſcuraſſe? Teſtem ejus rei produ
Hadrianum IV. qvi ſeculo XII. ſedis apoſtolicæ Præſes fuit, atqve hom
nem, magicis artibus deditum, ad *Fridericum I. Barbaroſſam* miſit,
eundem venenis perimeret. Hinc, ipſius juſſu, afferebat ſecum pr
tioſa munuſcula, annulos, gemmas, frena, calcaria, venenis tam c
pioſe circumlinita, ut ſolo tactu Imperatorem inficere potuiſſen
Nec res eventu ſuo caruiſſet, niſi, de hominis adventu certior fuiſ
factus Imperator, qvi eundem in vincula conjecit, & crucis ſuppl
cio affici juſſit. Conf. *Chr. Matthiæ Theatrum Hiſtor. p. 940.* & *M. Wilbeln
Seyfridii Ethica Pontificalis, Jenæ* A. MDCXCIX. edita, *p. 14.* Cui *Alexandrum V*
jungo, de qvo *Petrus Bembius Hiſtor. Venet. L. VI. p. 242.* edit. *Argentor.* A
MDCXI. ſcribit: *Neque multo poſt Johannes Michaël, civis Venetus Cardinali
qui Pauli II. Pontificis Maximi Sororis filius fuerat, Romæ veneno interijt, quod
Alexander à Præfecto Michaelis epularum dari jusſit. Cauſa interficiendi hom
nem fuit aurum & argentum, quod is habere exiſtimabatur, quarum omnino reru
inexplebilis Alexandri animum cupiditas ad omnem iniquitatem incendebat, uti f
lio pecuniam exercitibus alendis ſuppeditaret, quo is Italorum principum regna o
cupare celerius posſet, ſe jam ſene.* Hunc verò juſtitiam DEi ultricem expe
tum fuiſſe, & veneno, qvod incautus biberat, periiſſe, paulo po
memorabo. Vid. eruditum *Schediasma, de Vitiis Paparum,* adverſus *eoru
dem infallibilitatem*, qvod ἀνωνύμως *Coloniæ* MDCXCIX. editum e
p. 53. ſq. Ulterius *Paulo III.* adhuc vivo, idem crimen impactum fuiſſe
ſeqventia, qvæ in laudato *Schediasmate p. 40.* ex libello qvodam exce
pta ſunt, adſtruent: *Innocentio Pontifice conjectus in vincula fuiſti, præſul in
quiſſime, propter homicidia duo & commiſſum parricidium, matre nimirum & n
pote quodam veneno ſublatis, ut omnis ad te conflueret hæreditas.* Add. *Gilber

Burne*

urneti accurata *Quietiſmi Deſcriptio, p. m. 239. edit. Lipſ.* qvi refert, eundem rorem ſuam, *Claram Farneſiam*, qvæ Alexandri VI. illicitis fruebatur nplexibus, veneno interfici curaſſe, licet ejusdem acumine inter ırpuratos fuiſſet cooptatus. Sed Principes qvoqve ejusmodi faci- oris, qvod venenatis menſis deſignari ſolet, ſeſe reddidiſſe partici- es, Hiſtoriarum monumenta loqvuntur. Sic *Güntheri*, Regis Roma- orum electi, mortem *Caroli IV.* cura procuratam fuiſſe, *Jo. Cuſpinianus*, *Imperat, Rom. f. 482.* hiſce verbis narrat: *Ferebatur famulus medici, ſu Caroli, venenum potioni miſcuiſſe.* Nec ignotum fuit Regibus Siciliæ Franciæ conſilium, de veneno in Euchariſtia porrigendo, anteqvam *inricus VII.* Imperator è medio tolleretur. Meminit eorum *Wilhel- u Heda* in *Hiſtoria Epiſcoporum Ultrajectinorum f. 231. Fuit crebro ab aliis tatum, ipſum Imperatorem aqua venenata, caliceque aureo toxicato ſuſtollere. d magiſtri præcipui Ordinis Prædicatorum ultimi mali auctores fuere, acceptis à gibus Franciæ Siciliæ atq; Navarræ, ac præcipue Tarentino XI. millibus aureorum, i hunc* (Bernardum ſcilicet) *juſſerant tradere venenum.* Addatur *Herman- Latheri*, qvem Holſatia inter claros Huſumenſes refert, *Lib. III. Cap. VII.* de *Cenſu p. 782. ſq.* Qvid deniqve de ſacrorum ordinum Viris feram? Illi enim perſæpe auxiliatrices manus præbuerunt, qvando ıus aut alter è vita fuit tollendus. Sic *Jacobi Clementis*, Monachi, ope *nricum III.* Galliarum Regem venenato cultro interfectum fuiſſe, mmemorat *Jac. Aug. Thuanus Hiſtor. Lib. XCVI. p. m. 697.* cum *Theod. ingero* in *Theatro Hum. Vitæ Vol. II. Lib. VII. f. 486.* & *Ludov. Lucii Hiſtoria ſuitica, p. 369.* Nec ipſe *Heinricus Spondanus Annal. Eccleſ. Continuat. T. I. 46.* diſſimulare potuit, Dominicanos ſuſpectos fuiſſe de veneno, ungulis & carne hominum ſuſpenſorum, ſanguine bufonum, & onnullis aliis immunditiis, confecto, qvo mendici, oſtiatim victum ærentes, fontes & puteos inficere ſuſtinuerunt. *Medicos* identidem conſortium ejusmodi ſceleris nonnunqvam perduci, ea, qvæ cum *nthero* geſta fuere, confirmare poſſunt. Ita verò modo adductus *ſpinianus l. c. f. 482.* rem totam deſcribit: *Reverſo Gunthero in Franco- t leviter cœpit ægrotare. Erat tum ibi inſignis Medicus, magiſter idericus, comitibus de Naſſauu antiqua junctus familiaritate. Qui cum nthero potionem, quam mirum in modum & laudavit & expedire aſſe-*

ruit, porrigeret, Guntherus medicum prægustare juſſit. Qui etſi inv faceret, guſtavit tamen, reliqvum Guntherus ebibit. Medicus ſtatim ciem mutans in colore, in terram proſtratus decidit, ac tertio die mori Guntherus vomitu, quantum potuit, venenum ejecit, ſed non usquequa Reliquiæ enim corpus Regis inflabant, inutilemque ad arma reddebant ctanda. Singulis hinc patere credo, ſummos cum imis apud Pon cios operam ſuam in id conferre, ut alios, qvibus parum favent, & cum eisdem eandem fidem habent, veneno interficiant. Imò fœminis illicitas haſce artes diſplicuiſſe, *Martinus Zeilerus* in *Epiſtolis f.* & *437.* atqve in *Itinerar. Italiæ f. 11.* exemplis qvibusdam confirmat.

§. 2. Ad hoſce itaqve Papiſmi cultores præcipue n reſpiciam, licet negare haud velim, nonnunqvam alius doctr Viros iisdem artibus ſeſe nobilitaſſe. Inter qvos ſtatim refer *Petrum Streuberum*, Soravienſium Eccleſiarum Antiſtitem valde pidum, qvi Lutheranorum qvidem partibus videbatur favere ipſa tamen Reformatorum placitis erat addictior, eaqve, tum v tum ſcriptis, defendere ſatagebat. Qvod inſtitutum valde diſpl bat *D. Zachariæ Rivandro*, qvi primum Soravienſium, & poſtea Biſch werdenſium, Eccleſias moderabatur, qvapropter pro ea, q cum ipſo contraxerat, amicitia, illum monebat, ut ab his int peſtivis unionis ſanciendæ conſiliis deſiſteret, & veram potius ctrinam unicè ſibi haberet commendatam. Tantum verò abe ut ſalutare hoc conſilium hominem, Vertumno mutabiliorem meliorem mentem perduceret, ut potius eundem ad iram ve mentiſſimam concitaret. Ut itaqve bilem effunderet, pretio c duxerat Studioſum qvendam, ut Virum, veritatis ſtudio dedit mum, occulte è medio tolleret. Hic ergo *Rivandrum* accedens miter ab eo fuit exceptus, ita qvidem, ut prolem ſuam erud dam ipſi committeret. Cum ergo optimas liberis Rivandri a inſtillaret, atqve hac ratione Patris favorem ſibi conciliaviſſet, m ſæ Theologi laudatiſſimi fuit admotus, qvam mortiferam redd Evergetæ ſuo, ita qvidem, ut cyprino, qvo veſci volebat Vir o mus, venenum allineret, qvo Eidem, ejusqve conjugi, ac filio tu minimo, paulo poſt vitam ademit. Verum *Streuberus* modo

us non ſolùm alterius ope tam horrendum commiſit flagitium; d ipſe qvoqve poculum mortiferum Virgini Soravienſi obtulit, mulans, ſe medicamentum admodum ſalutare ei nunc eſſe porre- urum. Meminit hujus criminis *Jo. Samuel Magnus*, in *Chronico Sora- enſi, p. 74. ſq.* verbis inſeqventibus: Streuberus hat unſchuldiger und cht erſchrecklicher Weiſe eine vornehme Jungfer / derer Name und Stand s bedächtigen Urſachen billig verſchwiegen wird / um das Leben bracht. Es tte ſich dieſelbe in einen Badergeſellen / der ſie ſchröpffen müſſen / ſo hefftig rliebet / daß ſie ſich auch in ihrer Finger einen verwundet / zu dem Ende / ß ſie nur Gelegenheit haben möchte / mit ihm zu reden. Alß nun dieſelbe n ihrer Liebe im geringſten nicht laſſen wolte / und ihre Eltern ſehr bekům- rt waren / wie ſie der Sache abhelffen möchten / ſiehe ſo gab D. Streuber n Rath / man ſolte ihr Gifft beybringen! Den böſen Rath gab er / und oth ſich zugleich ſolches auch ſelbſt ins Werck zu ſtellen. Hierauff brachte der Jungfer den Gifft in den Becher / unter dem Vorwandt / daß ſie auchen und purgiren ſolte; und alß ſie an die Artzeney nicht wolte / wu- er derſelben nach ſeiner Svada die Sache ſo wol fürzuſtellen / und ſagte: Er ire ja ihr Beicht-Vatter / er wůrde ihr nimmermehr was übels rathen / und s zu ihren Schaden gereichen könte! Dahero tranck ſie den Becher aus / d kam dadurch / ehe ſie ſichs verſahe / auf die Todenbahr und in das Grab. ſtiſſimum autem Deum, qvi ejusmodi peccata graviſſime ulciſcitur, pœnam eundem, cum ob crimen adulterii ad Pontificios acceſ- ſet, provocaſſe, ejusdem *Magni* teſtimonio, qvod *l. c. p. 74.* extat, nc confirmabo. Streuberus wurde in ſeinem eigenen Hauſe in die Ver- fft genommen / aus welcher er ſich aber endlich los ries / nach Prag lieff / da er öffentlich zum Pabsthum bekante / in welchem er nachmals zum Brix in öhmen Prieſter ward. Alleine / weil er noch offtmals gut evangeliſch pre- gte / und ſich in die Päbſtiſchen Händel nicht finden konte / oder aber wolte; Er ch über dieſes an den Sittauiſchen Rath geſchrieben / und um das erledigte imariat angehalten / die Briefe aber aufgefangen wurden / ſiehe / ſo ward er f ein Panqvet erſuchet / auf welchem er einen vergiffteten Trunck bekam / er nun denſelben nicht verdauen kunte / ward er raſend / kratzte an der and / und ſtarb elendiglich auff den Miſthauffen. Plura de *Streube-* peſſimis artibus, cane & angve pejus vitandis, retulerunt *B. D. Cun-*

radus

radus Tiburtius Rango, in *Hiſtoria Syncretiſmi, p. 1097. ſqq. B. Erneſti P. 3.* Confect-Taffel *p. 367. ſqq. Chriſt. Heckelius*, in *Chronico Biſchoffswerdenſi p. 97.*

§. 3. Hoc ergò, aliisqve, nunc miſſis, *Pontificiorum* tantu *menſas* accedere mihi eſt volupe. Eas verò vel *ſacras*, vel *profanas*, di poſſe arbitror, per *iſtas*, *Menſas eucharíſticas*, ſeu *Altaria*, (de qvibus er dita legi poteſt *Diſſertatio Hiſtorico-Theologica*, de *Aris* & *Menſis Eucharíſti Veterum*, Auctore *B. D. Balth. Bebelio*, *Argentorati* A. MDCLXVI. edit innuens, per *haſce* vero ordinarias & qvotidianas intelligens, in qvibu cibis & pharmacis exſtructis, accumbere ſolent, vel famem expletu vel cum valetudine in gratiam redituri. Easdem verò Convivis no nunqvam exitioſas fuiſſe, uberius nunc demonſtrabo. Eqvidem a mis certantes haud raró venenatis telis hoſtes configere ſolent, pro integra *Diſſertatione*, de *Veneno adverſus Hoſtem uſurpato*, ſub præſidio *B. Joh. Georgij Röſeri*, in *Acad. Francofurtana* A. MDCXC. defenſa, coll. *Dannhaueri Lact. Catech. P. II. p. 224.* & *Collegio Decalogico p. 714.* ad liq dum fuit deductum. Nec deſunt exempla, Regio ſanguine cretos l rica, veneno tincta, fuiſſe interemtos. Vid. *Wilhelmi Hedæ Hiſtoria E ſcoporum Ultrajectinorum, f. 271. & 282.* Verum nec illis, qvi veræ doctri alumni ſunt, & divinæ naturæ participes redditi, imò lorica ſpiritu ſe induere debent, bella deſunt, adverſ9 qvos venenata eſculenta & p culenta uſurpanda eſſe, praxis Pontificiorum ſvadet juxta ac imperat

§. 4. Verum nec prolixam de *venenis* nunc inſtituere tract tionem volo, ratus, nemini non illa, corpora naturalia, mixta, va diſſimis & exceſſivis qvalitatibus prædita, eſſe cognita, qvæ homi inſigniter & occulto modo nocere poſſunt, ita qvidem, ut vel to corpori humano, vel certis ejus partibus detrimentum afferant. F ſius Venenorum naturam deſcripſit *B. D. Jo. Georgius Röſerus* (qvi, ſub a ſpicium hujus anni, *Stetini*, ubi Gymnaſio Carolino magna cum lau præfuit, & Rectoris, ac Profeſſoris Theologi & Philoſophi, provi ciam egregiè ornavit, forti apoplexia correptus, diem ſupremun obiit) in *Diſſertatione Phyſica*, de *Venenis* conſcripta, & *Vitembergæ* A. MDCLXXXVII. ventilata, cui *Diſſertatio inauguralis Medica*, de *Venenis Philtris propinatis, alijsve modis applicatis*, addi poteſt, qvæ in eadem *Viten bergenſium* Academia, A. MDCCVII. ſub moderamine *Dn. D. Chriſtia Vateri*, à *Car. Rudolpho Mehringio*, digniſſimi & annis graviſſimi Sacroru

apu

pud *Serveſtanos* diſpenſatoris Filio, cenſuræ eruditorum fuit expo-
ta. Varios, qvi de Venenis commentati ſunt, Autores complecti-
r *Bibliotheca enucleata Jo. Georgii Schielenij*, p. 605.

§. 5. A *ſacris* itaqve *menſis* exordium ducturus, ad Viros il-
ſtres, licet iſti Pontificiorum ſacra amplexi fuerint, ſtatim me conver-
, qvi, Cœna Domini fruituri, aut calicem venenatum, aut ho-
iam venenoſam, acceperunt. Catalogum eorum confecit Vir cla-
ſſimus, *M. Immanuel Prœleus*, in *Diſſertat. Hiſtorico-Theologica*, qvam de *Hoſtiis*
Calice venenatis conſcripſit, & *Gryphiſwaldiæ* A. MDCCIII. auſpiciis fa-
igeratiſſimi Theologi, *B. D. Jo. Frid. Mayeri*, defendit, ex qva nonnullos
unc excerpam, argumento huic inſervientes. Provocat autem ad
einricum VII. Imperatorem, *Chriſtophorum I. Daniæ* (vid. *Pontani* *Hiſt. Dan. f. 353.*)
egem, *Theodorici*, Italiæ Regis, Uxorem, *Victorem II.* Pontificem Romanum,
alice venenato tentatum, *Victorem* III. Papam, *Wilhelmum*, Eboracenſem
rchiepiſcopum, & *Raynerium*, Epiſcopum Magolenſem. Scriptorum te-
imonia, qvibus probare anniſus eſt, Symbola Euchariſtica veneno
uiſſe aſperſa, repetere hic ſuperſedeo, paucis tantum notans, illos Scri-
tores, qvi *Heinrici VII.* obitum ex venenata Euchariſtia negari ſuſti-
ent, cautè eſſe legendos, eorumqve aſſertiones haud adeo certis
niti argumentis, atqvè a Scriptoribus Seculi XIV. συγχρόνοις va-
ide refutari. Spectat huc eruditiſſima ac lectu digniſſima *Commen-
atio*, qvam Eccleſiaſtes Francofurtanus, & pietate & doctrina nulli
ecundus, *B. Martinus Difenbachius*, A. MDCLXXXV. concinnavit, de *vero
nortis genere, ex quo Heinricus VII. Imperator obiit*. In hujus enim *Sect. I.* & II.
um rem geſtam variis ſcriptorum teſtimoniis munivit, tum diſſenti-
ntium rationes ſub cenſuram vocavit, &, qvid diſtent æra lupinis, ſoli-
e demonſtravit. Et qvamvis nuper admodum illuſtris *Leibnizius* negan-
ium ſe addixerit partibus, producto in medium Diplomate, à *Johanne*,
Bohemiæ Rege, Heinrici filio, Dominicanorum ordinis homini dato,
& *Stephani Baluzij* nomine ſuperbiente, attamen celeberrimo *Mayero*
varia in promptu ſunt argumenta, qvæ iſtud inſtrumentum valde red-
dunt dubium. Lubet autem iſta, qvæ in Epiſtola, ad prælaudatum
Proeleum, Diſſertationis modo nominatæ Reſpondentem, directa, le-
guntur, hic repetere: *In ipſo inſtrumento nonnulla, imò omnia fere*

ſunt haud parum dubia. Quis enim ille Petrus de CaſtroRiginaldi fueri & quæ hunc hominem cauſa impulerit, ut totius Dominicani nominis digni tatem tuendam ſibi ſuſciperet, non adparet. Quale quid ſi à capite or dinis aut ipſo illo, cujus fama petebatur, Bernhardo de Montepelutiano fa ctum fuiſſet, res utique ſe rectius haberet. Cum Henricus VII. A. c. 131 perierit, ſtatimque mortem ipſius, uti hiſtoria teſtatur, hæc de veneno da fama conſecuta fuerit, quare ad annum 1346. exſpectandum ſibi defenſ ſtatuit, quo de vindicanda innocentia allaboraret. An verò credibile eſt, ho mini Gallo, & in anguloGalliæ latenti, plus curæ in fama Ordinis Prædicat rii aſſerenda, quam quidem Germanis Italisque fuiſſe, ſub quorum ocul omnia parata erant? Et eſt alias malignum defenſionis genus, quod alieno criminantibus loco inſtituitur. An eſt quisquam, qui putet, tam facile ſe Johannem fuiſſe, ut cuique privato, alienæ innocentiæ teſtimonium cu rioſè petenti, ſtatim gratificaretur, aut vero ordinem Dominicanorum t ſeculis fuiſſe paſſurum, ut idem lateret, nec in conſpectum à quoquam pr ferretur? Antequam enim magnus Leibnitzius id ederet, nusquam viſu fuit, nec ipſe mentionem illius, niſi in Chronico MSS. cujus tamen nec titu lum nec autorem exprimit, usquam fieri fatetur. Hæc quidem apud We nerum Rolfinkum in faſciculo temporum f. 74. lego: Sed tamen ordo(Domi nicanorum) *excuſatur de his* (h. e. internecione Henrici VII. per Eu chariſtiam veneno infectam) *per quasdam literas teſtimoniales, qua apud ſe habet, Cui placet, requirat hujusmodi apud Profeſſores ejusdem ordinis, & plene informabitur de his ad omnem copiam. Præſens tamen i eſſe, unde conſtabit, & impudentiæ Dominicanorum talia fingentium fide quis adhibeat? Stylus præterea Diplomatis inſolentior, & planè Monacha lis eſt. Subſcriptio aut ſubſignatio Inſtrumento deeſt, argumenta jejun valde ſunt, omniaque, quæ ad ſuſpicionem recentioris originis, ſuppoſitæque auctoritatis, facere poſſunt, aliunde ſuppetunt.* Qvod ſi ſupra adducto & non ſine laudis præfamine nominando, *Diefenbachio*, diutiùs rebu humanis intereſſe licuiſſet, auctiorem orbi erudito dediſſet *Diſſerta tionem* ſuam, atqve ſic ſententiam hanc invictis magis confirmaſſet ar gumentis. Provocat ad eandem, &, cum *Collectoribus Actorum Erudito*

run

rum, elogio haud indignam judicat *B. Sagittarius* in *Introductione* in *Hiſtor. Eccleſiaſtic. p. 633.*

§. 6. Hiſce autem, qvibus Cœna Dominica exitialis fuit, addendum adhuc eſſe judico *Robertum*, Siciliæ Regem, qvi die XV. Augusti A. MCCXIII. Euchariſtia venenata uſus interiit. Legatur *Theſauri Practici Beſoldiani Continuatio f. 240.* Prætermitto *Gothofredum*, Lotharingiæ Ducem, qvem Subdiaconus calice venenoſo extinguere meditabatur, niſi is â Dæmone fuiſſet correptus. Teſtis ejus rei laudatur *Lambertus Schaffnaburgenſis*, in *Diſſert. Juridicâ, de eo, quod circa cœnam juſtum eſt*, qvæ *Jenæ* A. MDCXC. ſub moderamine illuſtris Viri, *Nic. Chriſt. Lynckeri*, fuit ventilata, *Cap. II. §.* XII. Verum, cum is poſtea ad Pontificiam dignitatem evectus *Victor* II. vocatus fuerit, ejusqve mentionem injecerit modo laudata *Mayeri* celeberrimi *Diſſertatio*, ipſa verba *Lamberti Schaffnaburgenſis*, qvæ in *Annal. f. 462. edit. Argent.* MDCIX. leguntur, & in prædicta Diatribe adducuntur, denuò hic repetere ſuperſedeo.

§. 7. Duo adhuc nefandæ impietatis ſpecimina reſtant, qvæ ſilentio prætermitti haud debent. Adducit iſta *M. Jo. Samuel Adami*, vulgò *Miſander* dictus, in *Theatro Tragico*, qvamvis in optatis haberem, ut Autores, cui narrationem iſtam debuit, indicaſſet, qvo absqve omni hæſitatione fides ejusdem relationibus, qvas in Scriptis, qvorum valde plura dedit, proferre ſolet, adhiberi poſſet. Dabo ergò illa, prout *l. c. p. 445. ſq.* leguntur. A. 1610. hat zu Venedig ein Catholiſcher Prieſter / als er ſich ſonſt an einem andern nicht rächen können / bey Celebrirung des Nachtmahls den Wein vergifftet / und ſolchen ſeinem Feinde gereichet. *Anno* 1604. hat der damahligen Königl. Majeſtät in Franckreich ſollen mit einer Hoſtie vergeben werden / welches aber alſo gewandt worden. Der König hat am heil. Fronleichnams-Tage *communiciret* / und bereit den Mund auffgethan / die Hoſtie zu empfahen / es hat ihr aber dafür gegrauet / und iſt zurücke gewichen / darauff dem Prieſter gebothen / er ſolle ſelbe Hoſtien ſelber empfahen / alß er ſich nun geweigert / hat es der König doch haben wollen / alß er nun den Ernſt geſehen / hat er ein Creutz darüber gemachet / ſie geſſen / davon er aber bald auffgelauffen und geſtorben. Henricum IV. Galliarum Regem, per omne vitæ tempus variis ac memorandis inſidiis expoſitum fuiſſe, Scriptores memoriæ prodiderunt. Conf. *Ludov.*

Lucii Hiſtoria Jeſuitica, p. 371. 348. ſq. & *Jo. Jac. Hoffmanni Lexic. Univerſale T. I. f. 749.* Hinc nemini mirum eſſe debet, ſi Hoſtiâ qvoqve venenatâ raſa cohors Eundem petere auſa fuiſſet.

§. 8. Verum ex Hiſtoria Helvetica adducendus nunc eſt *Johannes Jetſer*, qvi artificio Sartor fuit, ac Bernæ à profligatisſimæ vitæ hominibus in ſacrum ordinem recipiebatur, ut paria cum illis deſignare inſtitueret. Exiſtimabant enim iniqvisſimi hominum, eum qvo ſimpliciorem, eo faciliorem, fore ad perpetranda ea, qvæ ipſi præcepturi eſſent. Verum cum is impoſturas olfaceret, ordinem derelinqvere, & ad ſeculum redire meditabatur, qvapropter veneno eundem tollendum eſſe exiſtimabant. Illud itaqve in offa ipſi dare tentabant, verum cum hoſtium conſilium ipſi non eſſet incognitum atqve necem ſibi parari audiviſſet, offam comedere tardavit, atq; diſcedente, qvi eandem attulerat, Subpriore, & veneno oculis ſuis conſpecto, offam, qvinqve lupulis, qvos nutriebant ſceleſti homines lupis rapaciores, ante feneſtram effudit, qvam cum devoraſſent, mox corruerunt mortui. Tandem verò, cum plus ſimplici vice venenati eorum conſilia ac epulæ eventu deſtituerentur, hoſtiam ſacramentalem venenatam eidem renitenti violenter in guttur ejus intruſerunt qvam *Jetſerus* tamen evomuit ſuper ſcabellum, illæſusqve manſit. Fuſius hac de re egit *Jo. Henricus Hottingerus* in *Hiſtor. Eccleſ. P. V. p. 400. ſq.* cum *Gilberto Burneto* in *Itiner. p. 107 ſqq.* Jetſerus itaqve ſuo edocet exemplo, ſacras & profanas menſas ipſi parum fuiſſe proficuas, ni Deus eundem hoſtium manibus liberaſſet.

§. 9. Enimvero pergendum ulterius eſt ad menſas alias, qvæ nonnunqvam fuere apparatæ, ut convivæ necarentur. Ante verò ad eos, qvi puriori doctrinæ nomen ſuum dare inceperunt, & venenatis cibis uti debuerunt, vel fruiti fuerunt, acceſſum faciam, qvosdam nunc commemorare mihi propoſui, qvi inter ipſos vixere Pontificii Regni cives, atqve tyrannidem eorum magno cum vitæ detrimento ſubire fuerunt coacti, vel effugere prius feliciſſime potuerunt. Horum enim acerbiſſima fata ſingulos commonefacere poſſunt, magnam hominibus Pontificiis ineſſe malitiam, eosqve haud rarò & invidia laborare, & vindictæ eſſe cupidos, & nummis corradendis inſervire.

§. 10

§. 10. De *Gregorio* itaqve *Septimo*, ad qvem nunc accedo, no-
i meretur, qvod, ex ſententia qvorundam, homicidii, per vene-
tos cibos, à coqvo, *Gerbaldo Braſuto*, paratos, inſimulatus fuerit, atq;
narium Pontificum, anteqvam cathedram illam, cujus erat appe-
ntiſſimus, occuparet, è medio ſuſtulerit. Conf. *Chriſtoph. Beſoldi*
eſaurus Practicus f. 322. Num à vero Autores, impietatem hanc de-
ibentes, aberraverint, aliorum eſto judicium. Scriptores enim,
os evolvere mihi licuit, è recentioribus præcipue, utpote *Juſtus*
iſtophorus Dithmarus, in *Vita Gregorij, Romani Pontificis, ejus nominis ſepti-*
Francofurti ad *Viadrum* A. MDCCX. excuſa, *M. Elias Weihenmajerus*, in
ert. de *Gregorio* VII. vulgo *Hildebrando*, *Vitembergæ* A. MDCXC. pro-
ita, *Jo. Heinr.* Heideggerus in *Hiſtoria Papatus, p. 84. ſqq. Guil. Cave* in
pt. Eccleſ. Hiſtor. *Literar. f. 618. ſq.* hujus criminis diſertis verbis haud
minerunt, qvamvis plurimi eorum haud adeo bona de eo lata ex-
eant judicia. De *Totatu* Hildebrandino, ſeu *Gregorij* VII. *Pontif. Rom.*
luto Dominatu, peculiarem *Diſſertationem* Hiſtoricam A. MDCXCIII.
nſcripſit *Dn. D. Adamus Rechenbergius*, qvæ legi meretur.

§. 11. *Güntheri Schwarzburgici* mentio modo facta eſt, eum
icet, ope Medici cujusdam, Cantharidum ſuccos bibiſſe. Nec
imulare illud potuit *Chriſtoph. Browerus Annal. Trevirenſ. T.* II. *Lib.*
II. *f. 220.* ita ſcribens: *Non ſine veneni ſuſpicione gravi Gunthe-*
morbo jactatus, Francofurto ad Altam villam deportari voluit. Conf.
D. Ahaſv. Fritſchii Diſcurſus Hiſtoricus de Günthero Schwartzburgico,
eratore Romano, Cap. VI. p. 30. & *Achillis Auguſti von Lersners Chro-*
Francof. P. I. f. 77.

§. 12. *De Ludovico Bavaro*, Imperatore, memoriæ proditum
eum veneno hauſto diem ſupremum obiiſſe. In cujus rei teſti-
nium producere lubet *Joannis Trithemij* verba, qvæ *T. II. Annalium*
ſaugienſium, f. 201. ſq. leguntur: *Fuerunt, qui conſtanter & dicerent*
ſcriberent, illum veneno periiſſe cujusdam Auſtriæ Duciſſæ, quam
fædam tetramque oris diſpoſitionem omnes vulgò Maultaſch, id eſt,
peram nuncupaverunt; mane namque in venatione conſtitutus circa
ndii horam ad domum reverſus eſt: & ſumpto cum ea cibo in eadem
ſa, ut ipſa paraverat, mox in interioribus malè ſentire cœpit, quod

 nau-

nauſea ſtomachi factum exiſtimans rurſusque eqvum conſcendens ad v-nationem regreditur, ſperans quod agitatione corporis melius eſſet h-biturus. Verum ſecus accidit: Incaleſcente namque agitato corpore n-mium debilitatus eſt, diſſimulansque internum cordis defectum, poſtre- de equo cecidit, & inter famulorum manus exſpiravit. Rem aliter g-ſtam fuiſſe, verbis *Alberti Cranzii Lib. IX. Saxoniæ C. XXII.* refert lau-tus *Zvingerus l. c. f. 508.* & *Laurentius Beyerlinck* in *Theatro Vitæ Hom. T. V lit. V. f. 33.* ſcilicet, eundem, Menſæ aſſidente Burggravio de Nüre-berga, ſenſiſſe veneni punctiones, cum crebrius antea hac arte te-tatus, & vomitum eliciens, pericula evaſerit, illo autem tempo- vim toxici vomitum ſuperaſſe, atqve Imperatorem, in venatione ſum ſeqventem, eqvo delapſum, animam efflaviſſe.

§. 13. De *Ladislao*, Rege Bohemorum qvinto & decimo, re-tum legimus, eundem, cum modo annum ætatis decimum & oc-vum attigiſſet, & Pragæ nuptias celebrare ſibi propoſuiſſet, venenu- hauſiſſe, eoqve morti fuiſſe traditum. Meminit ejus *Martinus Crom-rus*, de *origine & rebus geſtis Polonorum*, *Lib.* XXIII. *f.* 358. hiſce verb- *Ladislaus rex in ipſo nuptiarum apparatu Pragæ obiit* (intra ſex ſcili- & triginta horas) *ſive ex repentino morbo, ſeu veneno, clam à Geor- Podiebradii uxore miniſtrato. Dira quidem tormina ſenſit moriens: medici Germani, poſteaquam Boemia exceſſerunt, vulgarunt, non obſcu- veneni hauſti ſigna in eo apparuiſſe. Mortis cauſam eam fuiſſe exiſtima- Bodiebradii partim ambitionem, partim offenſionem vel metum.* Clari autem Medicorum, de morte judicantium, mentem exponit *Æne- Sylvius*, in *Hiſtor. Bohemic. C.LXXI. p. m. 126.* ita ſcribens: *Mort- ejus alii morbo, alii veneno imputavere. Medici Teutones, quorum p-tiſſima corporis cura fuit, in Auſtriam reverſi palam dixere, quam p-mum Rex ægrotare cœpiſſet, ſe vocatos manifeſta mortis ac veneni ſig- comprehendiſſe, neque auſos in aliena terra manifeſtare, quæ videran- timuiſſe potentiam eorum, quorum ſcelere Rex periiſſet; regi clam a-ruiſſe omnia, reſpondiſſe illum, non ignorare toxicum datum, ſilenti- imperaſſe, ne regis morti ſuam adjicerent.*

§. 14. Huic adjungo *Eduardum VI.* Angliæ Regem, inviden-

q

idem eruditione ac pietate coruſcantem, ac verbis doctiſſimorum
rorum, in *Meletem. Annæberg. p. 855.* & in *Principe Græce docto p. 18. ſq.*
s me adductis, commendatum, aſt cujus fata â reliqvis, qvorum jam
ntexui catalogum, videntur eſſe haud diverſa. Eundem enim ve-
no, qvod Comes de Warwick, Filius Ducis Northumbriæ, eidem
opinaſſe fertur, qvo eo felicius regno potiri poſſet, interemtum
ſſe, haud levis ſuborta eſt ſuſpicio. Teſtem ejus rei adduco *Jo. Wolfium*,
Lection. Memorabil. T. II. f. 602. Obiit, ſcribentem, *ſanctiſſimus Rex non ſine*
picione veneni, anno 1553. ſexto Julii, & ætatis ſuæ anno 16. Nec diſſentit
Henricus Heideggerus, in *Myſt. Babyl. magnæ P. II. p. 21.* cujus verba
apponam: *In Anglia Henrico Eduardus ſucceſſit, qui cæleſtis veri-*
is luce imbutus Eccleſiam à ſuperſtitione purgandam ſuſceperat. Sed
nox non ſine veneni ſuſpicione defuncto, Maria Soror imperium adepta
nguinariis Poli Cardinalis conſiliis religionem in herba, quod ajunt,
focare adnixa eſt. Paulo liberius *Autor Anonymus* des Neugehar-
chten Groß-Britannien *p. 207.* de ejus internecione ſcribit: Der
raff von Warwick und Hertzog von Northumberland überredeten den
önig/ daß Er/ zu Erhaltung der Reformirten Religion/ ſeine Catholi-
e Schweſter/ Mariam/ enterben/ und ſeines Sohns Gemahlin/ die
ohannam Grajam von Süffolck/ zur Erbin einſetzen möchte/ welches
auch bewilligte. Bald darauf ſtarb der König an Gifft/ den ihm der
Warwick beygebracht hatte/ im 16 Jahr ſeines Alters/ nachdem er 6 Jahr
d 5 Monat der Regierung vorgeſtanden. Eandem ſententiam tuetur *du*
rrey Hiſtoire d'Angleterre f. 747. Num olfactorio venenato factum fue-
, prout *Richardo Backero* in *Chron. Reg. Angliæ f. 194.* videtur, jam non
qviram.

§. 15. Comiti Naſſovienſi, *Ludovico*, inſidias venenatis cibis
uctas, iisdemqve haud exiguum detrimentum allatum fuiſſe, ſe-
entia confirmant, qvæ in *Jo. Textoris Chronico Naſſovienſi p. 120. ſq.* Her-
rnæ MDCXVII. excuſo, leguntur. Es hat Grave Ludewig viel in
anckreich/ bey der alten Königin/ und dem König ſelbſten/ den Nieder-
nden zum Beſten/ perſönlich in geheim tractirt/ und iſt daſelbſten bey
ofe/ wie auch ſonſten durch gantz Franckreich/ in groſſen Reſpect und An-
en/ unangeſehen er doch noch kaum 30 Jahr alt/ geweſen. In Franckreich

hat er/ der Papiſten halber/ in groſſer Gefahr geſtanden/ und hat die al Königin/ als ein verſchmitztes Weib/ und Verfolgerin der reformirten R ligion/ welche auch die Mätzig und Blutbad zu Pariß/ und ſonſten im Kö nigreich/conſeqventer angerichtet/dahin getrachtet/wiewohl ſie ſich geg Grave Ludwigen/ aller Gnaden guts und Beförderung/äuſſerlich fein a zunehmen und zu ſtellen wiſſen/ uf was Wege ſie ihn könte vergeben laſſen Als ſolches einsmals Grave Ludwig vermercket / hat er an des Köni Tafel/daran er mit geſeſſen/ ſein Brot/ronds herumb die Cruſt abgeſchäle und als die Königin/ welche es angeſtellet / lachenden Munds ihn gefrag Warümb er ſolches thäte? Hat er wiederüm lachendes Munds geantwo tet: Er hätte böſe Zäne. Aber nichts deſtoweniger hat er ſich nicht ſo w fürſehen können/ daß er nicht endlichen eine Spaniſche Suppe / ehe er da letzte mahl aus Franckreich gezogen/ gegoſſen überkommen hätte/dannenh er ſehr ſchwächlich biß in ſeinen Tod verblieben/ hat auch faſt nicht wol eſſ noch ſchlingen können / derwegen uf Reiſen und ſonſten zu Felde / jederz friſche Milch mit führen laſſen müſſen.

§.16. Hôc antiqvior fuit *Boguslaus* X. Dux Pomeraniæ, *Erici* II. Filius, c mater haud adeo æqva fuit, imò parum abfuit, qvin veneno é med eundem ſuſtuliſſet. Eo reſpicit *Jo. Micrælius*, Pomeranorum gloria ha poſtrema, *Hiſtor. Pomer. L.* III. *p.* 452. hiſce verbis utens: Man wil au geben/ als wenn die Mutter am Tode des einen jungen Printzen/ den ſie b ſich hatte / ſchuldig ſey / und dem übrigen *Boguslao* auch nachgeſtellet hal auch den böſen Willen zu Wercke gerichtet hätte/ wenn nicht ihr Narr d Printzen erinnert: Er ſolte das Butterbrodt dem Hunde vorwerffe das ſie ihme gegeben / und da der Hund des folgenden Tages ſi von geſtorben ſeyn/ da ſie doch/ wenn mans wolte mit Gelindigkeit be gen/ davon keinen Nutzen hätte zu gewarten gehabt/ und als eine natürli Mutter ſolches nicht würde haben in die Gedancken faſſen können.

§. 17. Sed ad *Benedictum*, famigeratiſſimum illum Ordinis conditorem, ſeculo poſt Chriſtum natum ſexto inclareſcente nunc dilabor, de qvo Annales referunt, qvod ampulla vitrea, vene infecta, & oblata, ac paulo poſt, benedictione eidem impertita, d rupta fuerit. Fratres ſiqvidem Monaſterii cujusdam, ad Vic

Var

Varronis, vulgò Vicovarro, ab eodem petierant, ut eis præeſſe haud gravaretur. Eorum itaqve precibus victus intravit qvidem Monaſterium, omniaqve in illo rite diſponere incepit, verum minus placuit ſeverior Viri diſciplina hominibus, paulo liberius viventibus, hinc de illo interficiendo capita contulerunt, atqve vaſculum vitreum, veneno aqva miſto repletum, eidem obtulerunt. Sed cum ille benedictione conſveta ampullam vitream affeciſſet, iſta confracta fuiſſe fertur. Qvo facto fratres convocatos hiſce verbis eſt allocutus: *Miſereatur veſtri, Fratres, omnipotens Deus, quare in me iſta facere voluiſtis? Numquid non prius dixi, quia meis ac veſtris moribus non conveniret? Ite & juxta mores veſtros vobis Patrem quærite, quia me poſthac habere minime poteſtis.* Commemorata hæc inveniuntur in *Chronicis ſacri Monaſterii Caſſinenſis*, qvæ *D. Angelus de Nuce*, cum notis, *Lutetiis Pariſiorum* A. MDCLXVIII. edidit, *f. 9. ſq.* & in *Actis Sanctorum Benedicti Sec. I. f. 6.* nec non *Annal. Ordinis Benedictini Jo. Mabillonii T. I. f. 9.* qvi uberius mentem Viri illuſtravit.

§. 18. De eodem præterea commemorari ſolet, qvod, cum illi panis, veneno infectus, à *Florentio*, Eccleſiæ cujusdam vicinæ Parocho, transmiſſus fuiſſet, hic per corvum in locum diſſitum iſtum panem projici juſſiſſet, ne ulli hominum noceret, atqve adeo tunc temporis *Benedictus* periculo fuiſſet ſubtractus. Verba *Cap. VIII. f. 16. Chronicorum Monaſterii Caſſinenſis f. 16.* & *Actor. Sanctorum Benedicti f. 10.* ita fluunt: *Vicinæ Eccleſiæ Presbyter Florentius nomine, hujus noſtri Subdiaconi Florentii avus, antiqui hoſtis malitia perculſus, tanti viri ſtudiis cœpit æmulari, ejus quoque converſationi derogare; quosque etiam poſſet ab illius viſitatione compeſcere. Cumque jam ſe conſpiceret ejus provectibus obviare non poſſe, & converſationis illius opinionem creſcere, atque multos ad ſtatum vitæ melioris, ipſo quoque opinionis ejus præconio indeſinenter vocari, invidiæ facibus, magis, magisque ſuccenſus, deterior fiebat: quia converſationis illius habere appetebat laudem, ſed habere laudabilem vitam nolebat, qui ejusdem invidiæ tenebris cœcatus ad hoc usque perductus eſt, ut ſervo omnipotentis Domini infectum veneno panem quaſi pro benedictione transmitteret. Quem vir DEi cum gratiarum actione ſuscepit: Sed eum, quæ peſtis*

 lateret

lateret in pane, non latuit. Ad horam verò refectionis illius ex vicina ſilv corvus venire conſueverat, & panem de manu ejus accipere, qui cum mor ſolito veniſſet, panem, quem Presbyter transmiſerat, vir DEi ante corvum projecit, eique præcepit dicens: In nomine JEſu Chriſti tolle hunc panem, & tali eum in loco projice, ubi à nullo homine poſſit inveniri. Tunc corvus a perto ore, expanſis alis circa eundem panem cœpit diſcurrere, atque crocita re, ac ſi apertè diceret, & obedire ſe velle, & tamen juſſa implere non poſſe Cui vir DEi iterum, atque iterum præcipiebat dicens: Leva, leva ſecuru atque ibi eum projice, ubi inveniri non poſſit. Qui diu demoratus, quan doque corvus momordit, levavit, & receſſit. Poſt trium verò horarum ſpa tium abjecto pane rediit, & de manu hominis DEi annonam, quam con ſueverat, accepit. Venerabilis autem Pater contra vitam ſuam inard ſcere Sacerdotis animum videns, illi magis quam ſibi doluit. Sed prædict Florentius, quia Magiſtri corpus necare non potuit, ſe ad extinguendas Di ſcipulorum animas accendit: ita ut in orto cellæ, cui Benedictus inerat, an te eorum oculos nudas ſeptem puellas mitteret, quæ coram eis ſibi invice manus tenentes, & diutius ludentes, illorum mentem ad perverſitatem lib dinis inflammarent. Approbat hanc narrationem *Jo. Mabillonius* in *An nal. Ordinis Bened. T. I. Lib. III. f. 54.* cui tamen omni ex parte aſſen ſum meum nondum præbere poſſum.

§. 19. Verum propius ad tempora illa, qvæ purioris doctr næ luce enituerunt, & Pontificiorum tyrannidem dejicere ſategerun mihi erit properandum. Multos autem, in Papatu viventes, Papismun repudiaſſe, neminem inficias iturum credo. Inter qvos *Gobelinam Per ſonam*, Weſtphalum, cujus ætas in ſeculum decimum & qvintum in cidit, merito refero, qvi *Benedictinorum* odium, cum *Paderbornæ* viveret incurrit, non citra vitæ periculum. Hi vero aperte eidem nocer haud poterant, qvapropter cibo veneno adſperſo eum necare allabo rabant. Aſt cum fraus detegeretur, abiit is *Bileveldiam*, qvæ Comita tus Ravensburgici metropolis eſt, ibidemq; Decanatum obtinuit. Vid *Heinrici Meibomii Rerum Germanic.* T. I. *f. 55.* & *Melch. Adami Vit Germ. Theol. p. 2.*

§. 20. Lutherum noſtrum acerbiſſimis Pontificiorum odii

inſi

inſidiisqve obnoxium fuiſſe, omnes mecum fatebuntur, qvi ejus hiſtoriam ſibi reddiderunt familiarem. Nulli hinc mirum eſſe debet, qvod crudeles ipſius hoſtes, variis utentes artibus, lurida aconita eſculentis ac potulentis interſeruerint. Collegi ejus rei ergò teſtimonia ſcriptorum, cum de *Reliquiis Lutheri* commentarer *p. 13. ſq.* qvæ hic ſiſtere nolo, ſed tantum iis addo *Johannem Creisbachium*, qvem Pontificii qvidem conduxerant, ut venenum eidem porrigeret, verum ipſe, impietatem facti agnoscens, & deteſtans, Luthero, qvem graviſſime pro roſtris dicentem audiverat, conſilium Pontificiorum ingenue aperuit, atq; ab eodem in domum receptus, ac tenerrime fuit amatus. Prolixe de illo egit *Dn. D. Heinricus Muhlius*, in *Diſſertationibus Hiſtorico-Theologicis p. 385. ſq.* Eundem itaqve haud indignum judicavi, qvi inter *Domeſticos Lutheri* cooptaretur, cum de *iisdem commentationem* ederem, *p. 50.* Meminit, ſi recte judico, forſan iſtius *Abdias Prætorius*, in *Oratione* de *Jo. Scheiringo*, Magdeburgenſium Jureconſulto, *Magdeburgi A.* MDLIIII. edita, & *Philippi Galli* Homiliar. *funebr. P. I.* inſerta, *p. 166. ſq.* ita ſcribens: *Cum ſub initium diſſidiorum, quæ ex diſputationibus doctrinæ oriebantur, occultæ Luthero Magnatum quorundam arte fierent inſidiæ, ajebat re cognita ſibi tanquam demeſtico, tuitionis officiolum demandatum fuiſſe. Conducti erant nonnulli, qui vitæ Lutheri, quantum poſſent, inſidiarentur, ex quibus unus Wittebergæ commoratus occaſionem quamcunque captat. Intereà vero, ut ſit ſuſpicio minor, conciones ejus audit, & ſimul, quæ ad inſtitutum facerent, obſervat. Sed quod miraculo non caret, cum majeſtatem ac inſignes in homine dotes cognoſcit, ita vincitur & obſtupeſcit animus, ut nihil minus, quam quod inſtituerat, præſtare poſſit. Itaque præfectum arcis, qui tum quidem* Johannes Mecius *erat, adit, & cautione interpoſita, quid agatur, quæque retia poſita ſint commemorat, cum commune periculum eſſet, principis imploratur ſententia, ſed ita tamen, ut inter paucos ea de re conſtiterit. Etſi autem magnitudo animi, quæ fuit in Luthero, major erat, quam ut his inſidiis ſuccumberet aut frangeretur, tamen aliorum conſilia eo ſpectarunt, ut quæ non eſſent impia remedia, non negligerentur. Ea demum ratione* Scheiringo *cum alio quodam negotium datum fuit, & comites ejus, ſic ubi res ferret, vel terrori malevolis, vel Doctori ſubſidio eſſent.*

§. 21. In vicina Eccleſia Roſtochienſi egregiam nominis famam ſibi acqviſivit *M. Joachimus Küzerus*, Dœmitienſis, vel *Slüterus*,

 qvippe

qvippe qvi non ſolum inter primos Doctrinæ ſalutaris Vindices referri meretur, ſed etiam iniqviora fata lubenti & imperterrito animo in ſe ſuſcepit, ac pro Dei gloria ſuſtinuit. Qvibus adjungi poſſunt venenatæ illæ menſæ, qvibus nonnunqvam fuit admotus. Deſcripſit easdem, dialecto iſti ætati familiari, *Nicolaus Gryſe*, Eccleſiaſtes Roſtochienſis, in *Hiſtoria Sluteri*, *Roſtochii* A. MDXCIII. edita, ex qua nonnulla hic excerpam: Men hefft ydt överſt ſich offt undernamen / M. Slüter dorch vorgifft dat leuent tho nemende / welches doch van en nicht ehr hefft geſchehen können / ehr na vyff jaren / do ydt en Godt thogelaten hefft. Denn dat ick andere Hiſtorien geſwyge / ſo hefft ydt ſich loffwerdigen thogedragen in diſſem Huſe / darinne ick nu 19. Jhar gewanet / welckes hardt by der Closter Kercken tho S. Catharinen belegen / vnd der Franciſcaner Mönnicke Gaſthuß ehr tydes geweſen / darinne ſe de Weltlyken / ſo eren Bedeler orden hůlpen erholden / mit einem guden Druncke Wilkamen geheten / entfangen / behuſet und geherberget hebben / dat darſůlveſt etlyke der Geiſtlyken / ſo den Höyken up beyden Schulderen gedragen / wedder koldt noch warm geweſen / M. Slůter / ehr he ſick noch befryet hedde / tho Gaſte hebben geladen / Alſe he en överſt tho'ſage gedan / dat he dorch Gades hůlpe by en erſchynen / und tho en vp de beſtemmede tydt an diſſen ordt kamen wolde / / in Meinung / nicht alleine ſick mit ethende und drinckende tho erquickende / ſondern im HERRN ſick frölich tho makende / vnd erer etlyke thobekerende / vnd etlyke im anfangenen Chriſtlyken Luttherdom unde rechten gelouen thoſterckende. Se överſt hebben em ein vorgifftiges Betlin thogerichtet / överſt Godt hefft em vor dem Rottenkrudiſchen Schlangen vorgifft genedichlyken by dem leuende domals erholden / Denn alſe he vp den auent ſyner thoſage na / gekamen / ſyn de Prelatiſchen Herren alle neuenſt erer Kökeſchen in der hinderdorntzen na des Kloſters dorwege tho Haue thoſamende by einander geweſen. Wat geſchůt? Ein armes Kindt / ſo de Brade by dem Füre wendete / ſůth M. Slüter int Huß kamende / wencket em und ſprickt heimlick tho em: O leue Here Jochim / ethet yo nicht van diſſer Brade / wente dar ys vorgifft ingedan / vp dat gy nicht des dodes ſteruen mögen / middeler wyle ſůn de vorgifftigen Hůchlers vth der Dörntzen gekamen / und hebben en na Phariſeiſcher Art und Judas Wyſe vp dat alder fründtlykeſte / mit velen lefflyken Worden entfangen / und en mit ſick in de Dorntze tho Diſche gefodert. Dewele he överſt gedacht / dat men Godt nicht ſcholde verſöken / und Geferlicheit leuen / vnd ock Godt

en

dorch dat geringe Medelin hedde vor Schaden warnen laden/ So hefft he na
m Hende waſchende/ vor der Maltydt ſyn höviſch gebeden/ dat de Heren tho
n he gudtwillich gekamen/ em ock gudtwillich vnd günſtiglyken wolden wedder-
nme vorlöuen / dat he mochte ylich in ſyn Huß ghan/ denn de hedde ſyne Slö-
uth haſte in dem Slate ſyner Studeerkamer ſtekende vorgeten/ dar em thom
geſten angelegen wäre / und dewyle he ock nicht wydt tho ghande hedde/ van
S. Catharinen beth vp S. Peters Kerckhoff/ ſo wolde und konde he ſolckes balde
rrichten/ vnd deſto eher wedder tho en kamen/ ſe ſcholden man de Maltydt an-
ngen/ vnd na em nicht beyden/ Solckes hebben de groten Heren vp ſyne hefftige/
ſtendige flytige Bede em entlyken verlöuet mit diſſen Beſcheide/ dat he ylich
de balde ſcholde by en ſyn. Ouerſt he ys nicht vnbillich vthgebleuen.
vamvis autem tunc temporis ſalvus exceſſerit, evaſeritqve, attamen
ia occaſione Virum optimum Pontificii potu venenato opprimere
enecare ſtuduerunt. In qvam rem ſeqventia notari merentur :
ademe överſt M. Slüter dorch den vorgifft/ denn de vorgifftigen Papiſten em
rch Gades tholatinge hebben bygebracht/ ein verendeel jares gequinnet hefft/ und
r gekrancket ys geworden / und alſo geſwecket / dat he van Dage tho Dage an
es Krefften hefft affgenamen / ſo ys he doch ſtarck im Geiſte und Geloven beth
ſyn leſtes Ende vorharret/ ja he hefft ſick ock offt in ſyner ſwackheit up den Pre-
gſtol leiden laten / dar he ock ſyn Ampt in ſyner groten amacht dorch Gödliche
rcke / krefftiglyken hefft vorrichtet. De vorgifft överſt is em van dem Papi-
ſchen Papen / darunder H. Jochim Nyebur der rechte Hadeder geweſen / de
r M. Slüter Bökebinder hefft averredet/ und dartho vermocht / de wile he ſy-
m eigenen Bökebinder vele vertruwede/ alſo beygebracht/ dat nademe M. Slü-
im Gaſtebade by framen Chriſten geweſen / darvor dem Diſche ſyn Bokebin-
r geſtan und ingeſchencket hefft / und nu de Maltydt ſick hedde geendiget/ ys de
o gerichtede vorgifft heimlycken in de Kanne gedan / daruth erſtlicken M. Jo-
im Slüter drincken ſcholde / alſe ock geſchah/ darnegeſt hefft Jochim Swar-
kow ein Bödeker/ und nevenſt dem ſülven ein Wullenwever gedruncken/ wel-
ere beide Börger ock vor quinit/ und na weinich Dagen geſtorven ſyn. Efft wol
Papiſten offt tho vorne ydt vorſocht/ M. Slüter dorch vorgifft ümthobringen-
/ ſo hebben ſe ydt doch nicht ehr de tydt gekamen / don können. Sondern hefft
k an em Chriſti thoſage möten erfüllet werden. So gy wat dödtlykes drin-
en werdet/ ſo wert ydt doch juw nicht ſchaden / överſt alſe de Stunde gekamen/
d ſyn Ende en Godt alſo beſcheret/ hebben ſe ydt vollenbracht. Der vorgedach-

te Papiſtiſche Pape Hr. Jochim Niebur / ys ein ſchwartkůnſtiger Tôverer
weſen / unde efft he wol mit enem olden Tôverer / ſo herna des Middeweke
vor S. Marten in dieſem Jahre nevenſt einer Frowen mit Namen Viſcherſc
wegen der Toverye by dem Galgen verbrandt ſyn / gefencklick ys genamen / u
eine tydtlanck ingeſeten hefft. So ys he doch alſe ein Geiſtlyker mißpape/ van
lyken vornemen Lůden loßgebeden / und hefft ſo vele Gnade erlanget / dat he
der Stadt vorwyſet ys / ôverſt Gades ungnade ys em begegnet / denn alſe
nicht ferne von Gůſtrov geweſen / ys em ſyn geweten upgewaket / hefft ſick ům
ſehen/ und nergent troſt finden kônnen/ beth dat he ſick an einen Telgen alſe Jud
hefft erhangen. De wyle ôverſt M. Slůters Schwackheit de averhandt genam
und ſyn ſterffſtůndelin gegen den Pingſten ſick heran nahede/ hefft he ſick tho b
de gelecht/ und nevenſt ſyner Seelen / ock ſyne Scheplin / daraver Chriſtus
thom Herden geſettet/ Chriſto wedderumme befahlen/ und ſick alſo gedůldich in d
gnedigen willen Gades ergeven / unde de wyle diſſer Slůter ein ſonderlyck O
ganon S. Sancti, ein wercktůch des H. Geiſtes geweſen / ſo hefft ydt ſick ock
ſo geſchicket / dat he am Pingſt-Dage / an welckerem der H. Geiſt den Apoſte
gegeven/ twiſchen twen unde dren up den Namiddach im HEREN ſahlichly
entſchlapen ys. Syn Licknam rowet allhier up S. Peters Kerckhave / ni
wydt van ſyner geweſenen Hußhaves Dôre / und an der Syden na der St
můren / dar ein Lickſtein upgelecht / darup tho der tydt diſſe nahfolgende Wô
thor ewigen Gedechniſſe ſyn upgehowen. *Sepultura M. Jochim* Slůter /
Anno 1523. Evangelium in hac Civitate pure prædicare incepit, propter qvod in
xicatus obiit, in die Pentecoſtes, Anno 32. Aliud præter adductum Epi
phium, germanicis rhythmis conceptum, exhibet *Dn. M. David He*
ricus Kœpkenius, (qvi nunc inter Doctores Theologiæ, & Profeſſo
Philoſophiæ, *Roſtochium* illuſtrantes, receptus eſt) in *Diſſertatione A*
demica, qvâ *Memoriam Roſtochienſium Proto-Evangeliſtæ*, qvi fuit *M. Joa*
Kutzerus, A. MDCCII, *Roſtochii* inſtauravit *p. 34.* qvod hic appone
dum eſſe judico:

ALS. MAN. ZALT. 1523. JAHR.
M. JOACHIMUS. SCHLUTER. (IST WAHR.)
ANGEFAHEN. ERSTLICH. GOTTS. WORT.
ZU. PREDDIGEN. AN. DISEM. ORT.
BIS. IN. DAS. MDXXXII. JAHR.
DA. ER. DAN. OHN. SCHULT. SCHENTLICH. ZWA

VO

VON. DEN. PAPISTEN. WART. VERGEBEN.
UND. HAT. MüSSEN. LASSEN. SEIN. LEBEN.
GESTORBEN. AM. PFINGST. FEIERTAG.
CHRISTI. STIM. WARTET. OHN. ALL. KLAG.

§.22. Referendus porro huc eſt *M. Godofredus Schlegelius*, Paſtor
etus *Marlishauſenſis*, prope *Arnſtadium*, qui A. MDCXXXVI. peſte
tinctus eſt, cum prius in *Bohemia*, cum *Leutmarizenſium* animæ ipſi con-
editæ eſſent, poculum, rubro vino repletum, & toxico infectum, ac-
piſſet, qvod tamen eundem vita non privavit, licet is cum graviſſi-
morbo conflictari habuerit neceſſe. Mentionem ejus feci in
ediaſmate Epiſtolico, Claros Dresdenſes, extra Patriam bene exceptos, com-
ectente, *p. 94. ſq.* qvò Lectores ingenuos remiſſos nunc volo.

§. 23. Verum nec *Davides Steudlinus*, Campidunenſis Eccle-
Antiſtes, omittendus hic eſt. De hoc enim *M. Ludovicus Melchior*
chlinus, Miniſter Verbi Stuttgardianus, in *Memoriæ Theologorum Wirten-*
genſium reſuſcitatæ Parte II. p. 151. verbis *Jo. Valentini Andreæ*, qvi intima
niliaritate *Steudlino* junctus erat, ejusqve vitam deſcripſerat, utens
qventia tradidit: *Quod vitæ ſuperfuit inter urbis Campidunenſis ite-*
tas occupationes & direptiones pro partium ſtudiis, durius ac mitius
bitus, ſemper tamen male multatus, & exutus bonis, extincta mæro-
animi & terroribus continuis optima conjuge, ipſe ſubita urbis calami-
e numeroſo milite obrutus, ſubito nec citra veneni ſuſpicionem ex-
ctus eſt.

§. 24. Succedat his *Gebhardus Dulbierius*, qvi, variis defunctus
neribus, tandem *Moguntinus* & *Creutzenacenſis* Superintendens fuit
nſtitutus, atqve, cum *Creuzenaci* viveret, inſcius venenum bibit,
od eundem in morbum conjecit, atqve inidoneum reddidit ad ſa-
peragenda. Fuſius ipſius fata deſcripſit *Jo. Micrælius*, cujus merita
etinenſes grato adhuc deprædicant ore, in lectu digno *Programmate*,
od confecit, cum laudatus Vir ſub auſpicium anni MDCXLIX. ho-
ſto ſepulturæ ritu eſſet afficiendus, illudqve propterea dignum mi-
viſum eſt, ut hic qvoqve legatur, rato, memorias Virorum, qvi
ud unis oppreſſi fuerunt calamitatibus, & Pontificiorum iras in ſe
ceperunt, ab omni oblivione vindicandas, & feræ poſteritati usqve-
aqve commendandas eſſe. Illud verò hunc in modum legi poteſt.

IN

IN CELEBRANDIS ULTIMIS HONORIBUS,
Admodum Reverendi, CL. & Ampliſſimi,

DN. GEBHARDI DULBIERI

Primum Paſtoris Mahlſtadenſis,
Deinde Concionatoris aulici Kriechingenſis, hinc Paſtoris caſtrenſis Mansfeldenſis,
Poſtea Wild- & Reingraviis à concionibus aulicis, tandem Moguntini & Creutzenacenſis Superintendentis,
Qvi
poſt varios in turbulentiſſimo hoc ſeculo caſus exantlatos
in catholica veritatis evangelicæ fide & Auguſtanæ Confeſſionis confeſſion
Stetini Pomeranorum in vigilia feſti Chriſti natalitii,
anno ær. cIↄ Iↄc XLVIII.
placide ac pie expiravit & exuvias
in cathedrali templo Mariano poſtrid. Cal. Jan. ann. ær. cIↄ Iↄc XL
qvem annum omnibus piis felicem apprecor,
ſolemnibus conſvetis tumulandas nobis reliquit,
ut Studioſa in Gymnaſio regio Stetinenſi Juventus ſe reliquis vir fautoribus & amicis ſociet, invitatur
à
M. JOH. MICRÆLIO, Rectore.

FAcile invenias, qvi, ſi venerandum DN. GEBHARDUM DU BIERIUM, poſt adoleſcentiæ annos, Argentorati, Tubin Marpurgi, & poſtea in Gallia, Britannia & Belgio exactos, è tit hujus ad exeqvias invitationis intelligant, operam locaſſe eccleſia cam jam Mahlſtadienſibus, jam Baronibus à Kriechingen, jam D Mansfeldio, Reingraviis, Moguntinis, Creutzenacenſibus, cau qværant, quare beatus vir eodem in loco non hæſerit diutius. E vero Ariſtarchos omnes, qui ſuæ manticæ, quam in tergo gerunt, nus ſatagentes, ad alios ſub cenſuram vocandos proni ſunt, nec qvam alio evocari, aut propter animoſam in fide profitenda conſt tiam per tyrannos è ſtatione ejici meruerunt, non tam ſe ſuamq; ig

vi

iam, qvam ipſum credentium patrem Abrahamum reſpicere jubeo. le in Chaldea natus, poſt in Meſopotamia aliqvamdiu commoratus, inc in Cananæam profectus , primum in Sichem oppido Samariæ, oſtea juxta auſtralem Bethlehem, tandem verſus meridiem ſedes & ras locavit. Inde in Ægyptum tranſiit. Rediit Bethelem. linc domicilium fixit Hebrone. Peregrinatus poſtea in terra Palæ- inorum, jam Geraris, jam Berſabææ ſubſtitit. Poſtea itinere ad nontem Moriam cum filio convecto, rediit Hebronem, & exſpiravit, t Scriptura loqvitur, in ſenectute bona, profectæ ætatis & plenus die- um. Qvid, qvæſo, cauſæ, qvod vir ille Deo acceptiſſimus eodem in oco non ſemper conſiſtebat? Scilicet jam Deus evocabat eum è pa- ria: jam fames expellebat: jam diſſidia fraterna emigrare jubebant: m hoſtibus erat obviandum: jam aliis neceſſitatibus parendum. ic & Iſaacum aliqvando laribus fames abſtraxit & Jacobum: tandem- ve vita nihil illis erat, qvam dies peregrinationis pauci & mali. Fe- x, qvi in hac peregrinatione, qva tendimus ad veram patriam, neqve ers in via torpet & ſtertit, neqve imprudens oberrat, neqve devia de- tus, per rupes, perqve profundos hiatus ad Sirenas, Lotophagos, Cimmerios deducitur! Felix, qvi non tam cum Ænea ramo Sibyllæ ureo donatus, aut cum Ulyſſe immortali Leucotheæ vitta indutus, aut um Perſeo alatis Mercurii talaribus evectus, qvam fidei ſcuto, ſalu- sqve galea, & ſpiritus gladio cum Paulo armatus, hoſtiles infernalis xercitus inſidias, & vim ſeculi fallacem declinare poteſt! Periculoſa nprimis fuit peregrinatio, qvæ ſuperioribus annis fuit ſuſcipiunda, um ſæpenumero non licuit ire, qvo via ducit regia. Si vel maximè uis te voluiſti continere parietibus, præda eras iniqvis hoſtibus. Si e militiæ addixiſti, in impia plerumqve palæſtra decertaſti. Si vita lacuit literaria, ab ipſis etiam Muſis vidiſti creata pericula. Eundum æpe fuit, qvo noluiſti; recedendum, inde non libuit. Heroa pene ixerim, aut certe albæ gallinæ filium, qvi hiſce triginta annis, qvibus unqvam arma è manibus ſunt excuſſa, inconcuſſus tranſiit. Et ta- nen tranſiit per mille pericula beatus noſter DULBIERIUS, vir non è

 vulgo,

vulgo, nec animi vulgaris. Adoleſcens peregrinatus eſt in Germania, Gallia, Britannia, Belgio: & omnium harum nationum lingva loqvi didicit. Vir factus & ſacris officiis initiatus, non diu potuit in angulo aut obſcuriore Sparta latere. Innotuit Baronibus, Ducibus, ipſi magno Regi, GUSTAVO, ejusqve & regnorum Archicancellario: & in media Babylone oves pavit Eccleſiæ. Placuit id divinæ providentiæ, ut viri virtus clarius eniteſceret: digniſſimi ſane, cujus memoriam ad poſteros propagemus: idqve eo magis, qvia poſt fata unici ejus fratris, generoſi Dn. JOH. DULBIERII, qvi egregiis militiæ fundamentis apud Mansfeldenſem jactis, Tribunitiam in ordinibus ducendis dignitatem diu cum apud Svecos, tum apud Britannos, ſuſtinuit, evectus tandem ad eminentiſſimum Generalis Vigiliarum Præfecti in Anglia munus, ante ſemeſtre, in prælio pro rege Britanniæ, ſine prole maſcula relicta cecidit, poſtqvam ultimus hic Dulbierius pone ad plures fratrem ſeqvitur, omne Dulbieriorum nomen omnisqve familia eſt extincta. Eſt in comitatu Naſſavienſi oppidum non ignobile, Sarbrugarum nomine. In eo conſul erat, cum ob alias virtutes archonte dignas, tum imprimis, qvod qvanqvam parentes habuerat à ſuperſtitione eccleſiæ Romanæ nondum purgatos, ipſe tamen ejuratis impiis in religione ritibus, & aſſertionibus, animum ad ſaniora applicuit, & qvos errores à Luthero didicerat rejectos, ab iis ſeſe toto pectore abſtinuit. Vocabant *Matthæum Dulbierium*. Uxor ei erat *Anna* von Sehnen/ nobilis ex Archiepiſcopatu Colonienſi familiæ, ejusdem orthodoxæ fidei ſectatrix. Hi conjuges, ut vera Abrahami ſoboles, relictis propter religionem patriis ſedibus, duos ſuſtulerant filios, *Johannem*, qvem diximus ante ſemeſtre ſpatium, morte viro digna pro rege fortiter pugnantem, in Anglia occubuiſſe; & anno ſuperioris ſeculi XCI. XI. Cal. April. noſtrum *Gebhardum*. Hic in ſchola patria ad pietatem & ſapientiam educatus, cum attigiſſet annum ætatis XIV. Argentoratum mittebatur; locum, qvo Muſæ nunc temporis præ multis aliis delectari videntur. Non illic facile admittuntur in Academiam, niſi probaverint dignos. Inferioris ſive ætatis ſive pro-

fectu

fectus jubent in Gymnaſii ſubſelliis hærere, donec maturius ingenium palæſtræ ſuperiori aptum. Subſtitit igitur adoleſcentulus in Gymnaſio, qvamdiu placuit ſuperioribus: & placuit per annum. Poſtea ſcriptus in Academia civis, ad omnes ſapientiæ humanæ atque divinæ theſauros admittebatur per biennium. Inde conceſſit Tübingam, ab illuſtribus imprimis perſonis tunc illuſtrem, & ab ejusmodi theologis & philoſophis nobilitatam, ut nullibi athletæ reperirentur, qvi ſe renaſcenti ſemper barbariei & impietati ſophiſtarum ſub religioſo pallio inſidiantium fortius opponerent. Subſtitit & hic annum atque ſex menſes. Qvibus exactis iter meditari cœpit in Galliam, virorum magnorum non minus feracem, noſtrisque Germanis, præſertim in ſuperioribus provinciis, ideo in juventute commendatam, ut Gallicum loquendi idioma, dum memoriæ vis vegeta eſt, perdiscant. Excurrebat tamen antea Marpurgum, ubi tunc temporis maximopere ſudabatur in religionis diſſidio, & commoratus ibi ſemeſtri ſpacio, vicenarius Galliam adiit: inde in Britanniam: iſthinc in Belgium conceſſit: & in Belgio, Lugduni Batavorum civem Academicum ſe aliquamdiu profeſſus eſt. Biennium & ſex menſes apud has gentes contrivit, ubiq; doctorum prenſans veſtigia. Erat jam annorum amplius XXII. infra virilem quidem ætatem, ſed par virilibus. Ideoq; cum in comitatu Naſſovienſi Mahlſtadenſes Paſtorem animarum deſiderarent, eum ad concionem è ſuggeſtu invitarunt: auditum probarunt, ſibique præfecerunt. Adiit functionem alacrior, quo junior. Cumque jam biennio integro oves Chriſti debita fide paviſſet, innoteſcere cœpit Libero imperii Baroni Kriechingenſi: à quo legitime evocatus, illuſtri familiæ, ut aulicus Paſtor, alio biennio magna cum laude præfuit. Defuncto interim Barone, cum Erneſtus comes Mansfeldiæ, famigerabilis ille cauſæ Palatinæ aſſertor, ille acerrimus, tanquam aliquis Germanorum Lyſander, ſophiſta in armis, perditum non procul à Bruxellis ad Fleurium exercitum qvo quomodo repararet, & circumſpiceret, quem ſibi Paſtorem caſtrenſem atq; aulicum deligeret, præ multis DULBIERIUS placuit. Et evocatus ille ab heroe, ab anno hujus ſeculi XXIV. permanſit inter

 comi-

comites ejus, omnibusque illis & quidem longinquis expeditionibus interfuit, quas primo per Belgium, Angliam, Galliam; deinde per Saxoniam, Sileſiam, Moraviam, Pannonias ſuſcepit. Una ibat; una labores tolerabat, quæ jam à Friedlandio inſequente, jam ab ipſis Hungaris & Turcis cum hoſte colludentibus, objiciebantur. Qvin & cum dux, nudus & deſertus pene ab omnibus, Venetias per Bosniam & longos Dalmatiæ tractus peteret, non deſeruit eum, donec vidit gravi dyſenteria extinctum. Rediit igitur ad Rhenum, & multis fidei probatæ documentis inſtructus, invenit novum patronum, illuſtriſſimum Dn. Johannem Wild- & Rheingravium, imperii comitem: cui cum biennio operam in miniſterio aulico navaſſet, illum qvoqve vidit extinctum. Sed nec ſic erat viri virtus extincta. Defuncti comitis frater, illuſtriſſimus Dn. Otto, eum in aulam adſcitum eodem, qvo apud fratrem fuerat, loco ſecum Wildenburgi eſſe juſſit. Sed ipſe non poterat hic tutus diu conſiſtere. Suſpectus enim erat Hiſpanis de amicitia cum rege Svecorum inita; & propterea vim declinans Hiſpanicam, Moguntiacum, qvod à *Guſtavo Magno* jam occupatum fuerat, conceſſit, ibique Generalis Archiepiſcopatus Gubernator conſtitutus, Paſtorem ſuum aulicum lares illic ſecum figere juſſit. Paulo tamen poſt, anno nempe ſeculi XXXII. cum nobile oppidum Creuzenacum in poteſtatem Svecorum veniſſet, & illuſtriſſimus regnorum Seciæ Archicancellarius multos ibi inveniret, qui puriore evangelii lacte cibandi erant, è Moguntiaco *Dulbierium* noſtrum ad ſupremam eccleſiarum inſpectionem & Paſtoratum vocavit. Paruit ille: ita tamen, ut à Reingravio non dimitteretur, qvin per Diaconum vices Paſtoris in Eccleſia Moguntinenſi repurgata integro biennio obiret, & ſubinde ipſe illuc commigraret. Biennio illo elapſo, cum eccleſiarum, *Quæ* Moguntiaci *Fuerunt*, Superintendens *Donnerus*, SS. Theologiæ Doctor, eſſet defunctus, ſucceſſor ei datus eſt. Integer annus effluxit, anteqvam vinea hæc Domini diruebatur, & piis emigrandum erat. Ab eo tempore, quanquam Reingravius, Argentoratum ſecedens, illum voluit ſecum eſſe, Creutzenaci tamen in medio luporum alio biennio imperterritus

perman-

rmanſit. Qvantum hic periculorum indies ſubierit, ille novit, qvi
nnia. Svecis arcem adhuc tenentibus, expugnabant Cæſareani. Utrin-
ɛe ignitis globis incolæ petebantur: utrinque vis fiebat. Cœtus pio-
m nihilominus in templo, in ædibus deinde privatis, cum arce de-
ta templum eſſet à pontificiis ademtum, in horreis coibat: &, qvoties
cra obibat vir pius, mors ſimul oculis oberrabat. Perſtitit tamen,
ıamdiu oviculæ erant, quas paſceret. Illis aut dilapſis aut in prædam
ptis, cum & ipſe diſceſſum meditaretur, venenum occultè ipſi mini- NB.
·arunt fornicatores meretricis Babylonicæ. Bibit lethum inſcius: NB.
d in cujus manibus vita & mors ſita ſunt, lethalis poculi vim diſcus-
. Sex tamen amplius menſibus decumbebat: quid decumbebat?
ı gratia non fiebat Confeſſori. Abeundum ægroto fuit: reptan-
ım, cum ire non licuit. Non licuit autem per paralyſin, quia omnia
embra veneno ſoluta negabant officium. Subtracta etiam ſunt
nnia vitæ ſubſidia, omnes lectuli, omnia ſuppellectilia: & confligen-
ım erat cum extremis. Tandem contendit æger illuc ire; cum jam
via eſſet, prohibitus eſt. Ad thermas Embſerianas. Spem cepit ibi
vendi: Coloniam igitur Agrippinorum (alio enim propter vias un-
que à militibus obſeſſas non licuit) ſeſe contulit. Medici ibi tribus
enſibus eum pharmacis quaſi recoquebant. Redditus eſt igitur ſibi;
d priſtinum articulis robur nunquam eſt redditum. Amſterodami
einde anno ſubſtitit: Inde in Angliam ad fratrem profectus, toto bien-
o fraterna ejus liberalitate fruebatur. In omnibus hisce caſibus &
fortuniis unicum poſt DEUM levamen erat fides uxorum. Uxorum,
ıqvam. Primam enim, cum Paſtoratum Mahlſtadenſem juvenis adi-
ıt, ſibi ſociarat, virginem lectiſſimā, Margaretam Lagerianam, nego-
atoris ſpectatiſſimi filiam. Cum ea annis XIX. in pacato conjugio
onfectis, & duabus filiabus, quæ tamen ad meliora in tenera ætate evo-
ıtæ ſunt, ſusceptis, anno ſeculi XXXIII. ad ſecundas tranſiit nuptias
ım matrona prudentiſſima, Anna Eliſabetha, nobiliſſimi viri Eras-
i Reutzii, J. U. D. reginæ Daniæ & Episcopi Buzovienſis Cancella-
i filia, conſultiſſimo Georgio Nevelingio, Senatori Stetinenſi & in

 Archi-

Archidicaſteriis Stetinenſibus Advocato antea nupta: è qua tam
nullam prolem ſuſtulit. Fidam autem habuit in omnibus adverſitat
bus Moguntiaci, Creuzenaci, & ubique locorum comitem. Et ha
etiam autor ei fuit, ut, quia ſibi in hac Pomeranorum metropoli ſupe
erant, unde vita tolerari poſſet, huc ſecum ſe conferret, præſerti
quia præſidiis Svecicis teneretur, unde ipſi quoq; præſidium, tanqua
fide ipſis devincto. Venit igitur huc ante octennium: & apud nos
vixit, ut ab omnibus nomen viri boni & pii, atqve inculpati theolog
mereretur. Ineunte hujus anni vere è gravi morbo eluctatus, in Sv
ciam transmiſit, res ſuas coram in aula curaturus. In reditu morb
denuo eum invaſit ineluctabilis, qui fruſtratis medicorum conſilii
aqva tandem intercute membra infirmavit, crebroque ſangvinis è n
ribus profluvio omne vitæ robur ei ſubtraxit. Præparavit igitur
mature ad egreſſum: & qvia omnes ſuas actiones in nomine JEſu co
ſveverat ſuſcipere, hanc ei etiam gratiam JEſus fecit, ut, cum ultim
hæc verba ex ore ejus audita eſſent: DOMINE JESU JUVA ME
in ipſa vigilia, qua feſtum nati JESU intimamus, ad ſe eum evoca
ret. Vos, FILII, mementote, quid debeatis omnibus, qvi
imprimis piis, & quidem theologis per tot adverſitates probatis:
ad datum dicto die ſignum freqventes ad exequias celebrandas ve
ſtros comitamini Profeſſores, & VALETE.

JOH. MICRÆLIU.

§. 25. Perluſtratis itaqve menſis exitioſis, cibis & potion
bus mortiferis inſtructis, paucis adhuc mantiſſæ loco monendum eri
aliis qvoqve modis à Pontificiis qvosdam fuiſſe interemtos. Etenir
venenis loca ſacra & alia utenſilia circumlita fuiſſe, monumenta re
rum geſtarum & vetuſtatis exempla confirmant. De *M. Georgio Forche
mio*, qvi *Erffurti* ad Prædicatorum ædem Paſtoris geſſit munia, & A
MDXXII. diem ſupremum obiit, narratur, qvod ſuggeſtus venen
fuerit imbutus, qvem in æde S. Michaëlis conſcendit, teſte illuſt
Seckendorffio Comment. de *Lutheraniſmo*, *Lib. I. f. 182.* Caſus hic tragicu
valde affecit *Lutherum* noſtrum, qvapropter ad *Jo. Langium*, conſola
tiones eidem adhibiturus, ſeqventia exaravit: *Forchemio & faveo & i*

vid

deo hunc receſſum, imò vobis condoleo. Sed Chriſtus reddit illi ſua & vobis melio-
, modo ſperetis. Si veneficiis interemtus eſt, nec accuſatore, nec exploratore opus
. Ipſe Chriſtus pro Habele ſuo loquetur, & ſuo tempore prodet Cain, juſtius & op-
rtunius, quam vos poſſitis. Patiamur iſta. Vid. *T.* II. *Epiſtol. Lutheri p. 86. ſq.*
Dn. Jo. Chriſtoph. Olearij Rerum Thuringic. Syntagm. II. *p. 25.* Haud diſ-
nili rationeLutheri vitæ,toxico ſacra cathedra manubriisq; infectis,
pismi fautores inſidiatos fuiſſe, *Spangenbergius* in *Chronico Mansfeldenſi*
fert, adductus à laudato *Muhlio, l. c. p. 385.*

§. 26. Qvid vero Regi Ungariæ ac Imperatori, *Sigiſmundo*, ac-
derit, & qva ratione Veneti, ab ipſo cæſi, eundem venenata ſella in-
cere tentaverint, verbis *Jo. Trithemii*, qvæ in *Chronici Hirſaugienſis T. II.*
383. extant, licet pluſcula illa ſint, nunc exponere mihi propoſui:
operæ pretium fore exiſtimo, ſi familiare Venetis unum è pluribus vene-
ium eo tempore contra Sigismundum tentatum, ad notitiam poſteritatis
terarum firmitate perduxero: præmoniti diſcant Germani & Reges &
rincipes in periculis nunquam Venetis eſſe credendum, qui ut ſuam poſ-
nt ampliare Rempublicam, contradicenti etiam S. Petro non parcerent;
uin veneno interire cogeretur, ſi manifeſtum forſitan in illum non aude-
nt patrare homicidium. Superati, victi, & confuſi à Rege Sigismundo Vene-
ad fraudes convertuntur occultas. Duos è ſuis ſubmittunt, qui corrumpant
cunia Archiſtabularium Regis, ut ſcelus, quod erant facturi, ſilentio tegat;
nſenſit ille amore pecuniarum ſeductus, deditq; Venetorum ſubordinatis,
ut petierant, ſellam, ſuper quam Rex equitaturus ſedere conſueverat;
iam illi veneno artificioſe circumlitam in locum repoſuere conſuetum.
icebat in ſtramine puerulus dormiens cujusdam domicelli miniſter, qui
ſtrepitu intrantium ſuſcitatus, audivit omnia verba veneficorum, quæ
abuerant cum Archiſtabulario, viditque illos veneno Regiam inficere
llam, ſtabularium qvoque à ſubmiſſis acceptare pecuniam, & continens
cum timore in abdito, ne perciperetur ab eis, omnia diligenter conſide-
bat. Egreſſis tandem tum Archiſtabulario veneficis ſurrexit de lati-
ulo etiam ipſe puer, & omnia, quæ viderat, ſuo domino nunciavit. Quid
ura? ad Cæſarem puerulus introducitur, Archiſtabularii in dominum
um traditio ſecrete aperitur. Puero imperatur ſilentium, mandaturque
omino ejus, ſimiliter ut negotium teneat ſecretum. Poſterâ mox die

Cæſar vocat Archiſtabularium, & diſſimulans omnia, præcepit ut eqvu[m] Regium, ſimiliter & ſuum, præpararet ad ſpatiandum. Fecit ille, quo[d] juſſus erat, & ornatum eqvum ſcilicet ſellâ venenatâ duxit ad Cæſarem. Cui Imperator: Tu, *inquit*, meum aſcende Caballum, & præcede ante me ego interea tuum aſcendo, ut videam, qvam convenienter meus in[-] cedat. *Reſpondit Archiſtabularius. Abſit, ut ego ſervus pauper & mo[-] dicus eqvum veſtræ Majeſtatis aſcendam. Cæſar urgebat, ut aſcen[-] deret, excuſabat ille multis & variis modis recuſans aſcendere ſella[m] Regiam, quam veneno noverat intoxicatam. Prævaluit tamen impe[-] rium Regis, & Archiſtabularius poſt multas tergiverſationes vane con[-] ſumptas ſellam aſcendere mortiferam compulſus eſt. Cæſar eqvum tradi[-] toris aſcendens cum aliis miniſterialibus ſuis curſum direxit in Campun[m] & agitato caballo hinc inde ſemper ſtabulario nunc à latere nunc ve[-] ro præcedente in fronte quaſi in modum exercitii Tyronum ſeſe in hora[m] longam omnes fatigare coacti ſunt. Faciebat hoc Rex Sigiſmundus [ex] induſtria, ut veneno diuturnâ exercitatione calefacto citius operaret[ur] in traditorem. Cumque poſt longam exercitationem & curſum equoru[m] plurimum ex induſtria diutius continuatum; Sigismundus Rex ſtabula[-] rium examinandum ſuper veneficio feciſſet aſſiſtere, conſilio totius Curi[æ] adſtante & convictum atque confeſſum juſſit cuſtodiæ mancipar[i]. Quem etſi omnes unâ ſententiâ ignibus judicarent cremandum, tamen Cæſar illum interficere noluit, ſed dixit:* Pœnas ſuſt[i-] neat, qvas meruit longas, & mortem, qvam nobis paravit, di[u] cruciantem ipſe patiatur. *Nec diu poſtea tibia & crura ejus cœperu[nt] intumeſcere, & paulatim caro computruit, quousqe tandem ad interiora corpor[is] venenum ſerpens vitam extinxit. Plura Veneti his præſumpſerunt ſimilia, & qu[i] paternum ſequentes vitium, quos ferro interimere nequeunt, veneno occidunt.* D[e] *venenatis Chirothecis* qvædam addere decreveram, ſed, temporis anguſt[ia] excluſus, ad alteram *Sectionem* deproperare nunc cogor.

Sectio Theologica.

§. I. Ex hiſce itaqve, qvæ nunc adduxi, facillimo negot[io] concludi poterit, Papiſmi Fautores tyrannidem exercere in eos, q[ui] vel puriori doctrinæ addicti ſunt, vel commodis ipſorum adverſant[ur]

n eis ergo, (ſeu in Babele) *ſanguis Prophetarum & ſanctorum inventus eſt, & mnium occiſorum ſuper terra. Apoc.* XVIII. 24. Non immeritò proinde Joannes, *videns mulierem inebriatam ex ſanguine Sanctorũ, & ex ſanguine teſtium Jeſu, eam miratus eſt miratione magna. Apoc.* XVII. 6. Ipſa ſiqvidem experientia, tot venenatis conſiliis, bellis, ac rebus geſtis, carbone notandis, comprobata, teſtimonium præbet, omni exceptione majus, Pontificios ſanguinem ſitire hominum, ac, leviſſimis inductos rationibus, eos interficere, qvi ipſorum voluntati morem gerere detrectant. Ecqvis non miratur, atqve obſtupeſcit, legens, ipſos Pontifices necem tot Virorum procuraſſe? Ejus rei ergo *Sect. I. §. I.* nonnullos adduxi, qvibus jam adjungo *Clementem V.* de qvo *Guil. Cave* in *ſcriptor. Eccleſiaſt. Hiſtor. Liter.* Append. *f.* 110. ſeqventem inſtituit narrationem: *A. 1313. Henricum VII. Imperatorem, qui Romam ad Coronam accipiendam profectus, Cardinalibus Pontificis vicariis fidelitatis ſacramentum præſtare denegaat, & jura ſua armis recuperatum ivit: è medio tollendum curavit.* Qvis ergo Papam Romanum, hæc aliaqve perpetrantem, non *Antichriſtum* vocare auſit? Imo haud errant, qvi, *infallibilitatis* nota eundem deſtitutum ſſe, rectiſſimè aſſeverant!

§. 2. Imitantur deinde Pontifices Romani, &, qvi ab ipſorum artibus ſtare ſolent, *Perſecutores Eccleſiæ*, qvorum animis vana inſidet perſvaſio, gratum officium & cultum prorſus ſingularem Deo præſtitum iri, ſi homines ob doctrinæ Evangelicæ profeſſionem occiderentur. Qvemadmodum verò Doctor ille Novi Teſtamenti, & generis humani Redemptor, hac de re ſuos monuit diſcipulos, adverſa in munere ſacro fata ſubituros, *Joh. XVI. 2. 3.* coll. *Diſſertatione Theologica*, de *vana perſecutorum Eccleſiæ veræ perſvaſione*, in *Academia Lipſienſi*, A. MDCXXCVII. ſub moderamine *B. D. Val. Alberti*, defenſa; Ita diſſimulari haud debet, Pontificiorum cultores ea dementia præditos eſſe, ut credant, ſe illæſa conſcientia eos adoriri & necare poſſe, qvi placitis Curiæ Romanæ ſubſcribere vereantur, atqve Eccleſiæ hoſtes & Patriæ tyranni vocentur. Exempli loco eſto *Jacobus Clemens*, inſidiis *Heinricum III.* Galliæ Regem interficiens, is enim à Patre, è Dominican. ordine, qvi eruditione inter collegii ſodales excellebat, hoc tulit reſponſi, *eum, ſi quidem non odio, aut ultionis privatæ ſtudio, ſed amore Dei inflammatus, pro religione & patriæ ſalute d ſuſcipiat,* (ut Henricum Valeſium occidat) *non ſolum id inoffenſa conſcientia facere poſſe, ſed multum apud Deum meriturum, & ſi in actu ipſo moriatur, procul dubio inter beatorum choros animam ejus evolaturam. Hoc itaque Reſponſo tanquam ex ore Dei profecto oraculo confirmatus Clemens, omnique ex animo*

 ſcru-

ſcrupulo exemto plane ſecurus, ut *Thuanus L.IV. Hiſt. Lib. XCVI. p. 696.* loqvitur vita Regem privare haud eſt veritus. Eadem opinione turgidus erat *Franciſcus Ravaillacus, Henrici IV.* ſicarius, Monachorum Franciſcanorum ordini deditus, qvi, perpetrato hoc facinore, qvæſtioni ſubjectus reſpondit, ſe ad illud deſignandum peculiaribus qvibusdam revelationibus & viſionibus incitatum fuiſſe, atqve lætari, qvod res ex voto ſucceſſerit, nec de corpore ſuo ſollicitum eſſe, qvicqvid Regni proceres eſſent conſtituturi. Imo ſine ullo pœnitentiæ ſigno extremum ſupplicium eundem ſubiiſſe, memoriæ eſt proditum. Conf. *Ludovic. Lucii Hiſtoria Jeſuitica p. 399. ſq.*

§. 3. Non immerito autem de *Pontificiis*, venenatos cibos apparantibus, ſentiendum eſt, illos amice cum *paganis* hâc in re conſpirare. Notum enim ex Scriptorum lectione, qvamplurimos, veneno porrecto, & hauſto, diem ſupremum obiiſſe. Collegit exempla præter *Zvingerum l. c. f. 505. ſq. & Beyerlinckium l. c. f. 31. ſq.* adductus *B. Röſerus*, in *Diſſert.* de *Venenis p. 23.* qvæ denuo hic repetere ſuperſedeo, unico tantum contentus, ex Hiſtoria Polonica adducendo, qvod *Popielus*, Regni moderator, præbet, qvippe qvi, mulieris conſilio permotus, proceres & cognatos veneno extinxit. Commemorat impium hoc factum *Martinus Cromerus* in *Polonia Lib. II. f. 26.* verbis lectu dignis: *Gravem & periculoſum morbum princeps ſimulat: patruos neci deſtinatos acciri ejus nomine uxor jubet. Conveniunt ſine mora: circumſtant mœſti ægrotum principem: conſolantur. Ille morbi magnitudinem gemitu aſſimulabat: adeſſe vitæ ſuæ finem divinitus ſibi indicatum: uxorem parvosque filios illorum tutelæ fideiq; etiam atque etiam commendabat: Completur muliebribus ejulatibus, planctibus & lamentis regia: parantur funebres exequiæ, ipſa jubente principe. Abſumpto in his die, cum jam ad Occaſum ſol tenderet, princeps patruos quaſi moribundus jam diſſimulaturus, nomine quemque blande compellat, & in ſignum amoris & benevolentiæ ſuæ erga ipſos circumferri medicatum poculum, paratum ad eam rem, jubet: prægustare ſimulat: cæterum ſpumam tantum à medio extantem halitu difflat, potum ne extremis quidem labiis attingit. Cum omnes bibiſſent ordine, fingit ſomno ſe premi & velle quieſcere. Diſcedunt illi, reverenter ſalutato principe, conceptum præcordiis hominum venenum vitalia membra occupat. Nec mora, de ſtatumentis dimoti & furentes maximo cum cruciatu exanimantur. Ibi mulier, re ſtatim per exploratores nunciata, cadavera inſepulta projici mandat. Inſidiatos eos vitæ neceſſarii & bene merentis principis: juſta & evidenti deorum immortalium vindicta percuſſos repente periiſſe, divulgat. Quamquam autem livores corporum & effuſa ruptis præcordiis viſcera, manifeſtum veneni indicium faciebant, nemo tamen indignum optimorū principum interitum aperte deplorare auſus eſt, ob metum tyranni, non amplius morbum mortemqve ſimulantis.* Fuſius illud deſcribit *Johannes Dgloſſus*, ſeu *Longinus*, in *Hiſtoria Polonicæ Lib. I. f. 73. ſq.* coll. *Henrici Anshelmi* d

Ziegl

gler Tägl. Schau-Platz der Zeit/ *f.* 349. Qvis ergo Pontificios, veſti-
s gentilium, DEum verum ignorantium, inſiſtentes, ſeqvi vellet, eo-
mqve communioni adjungi peteret?

§. 4. Optimè proinde ſibi conſulunt, fideiqve ac vitæ ſuæ rationem
bent, qvi circumſpecte ſe gerunt, & Pontificiorum congreſſus, qvan-
m fieri poteſt, diligenter evitant, ne ipſorum circumventi fraudibus
itium ſibi attrahant. Nonne conſilia doctrinæ ſalutari inimica ſunt,
s licite interfici poſſe, qvi à Papa diſſident? Nonne pernicioſum eſt,
cramento Novi Teſtamenti ſalutari abuti, idqve in perniciem homi-
um convertere? Hæc certe nullibi, à fidei noſtræ Doctore, ejusqve Mi-
ſtris, ſunt præcepta. Imo unusqvisqve vitam ſuam in non neceſſariam
eam temere dare haud debet, ſed illam ut conſervet, ac DEo & proxi-
o, cui natus eſt, inſerviat, obſtrictus eſt. Probe hoc ipſum ſecum per-
endit *Jo. Micrælius*, Virorum præſtantiſſimus doctiſſimusqve, hinc in ju-
entute monita amici, de debita adhibenda cautione, in freqventandis
ontificiorum collegiis, non neglexit, ne venenum illi eſſet haurien-
um. Indicavit hoc ipſum in *Programmate* qvodam, qvo ad Exeqvias ami-
i ſui integerrimi, & Studiorum olim Comitis, *Chriſtiani Langii*, Com. Pa-
t. Cæſ. & Reip. Stetinenſis Camerarii, A. MDCLVI. denati, ſtudioſam ju-
entutem invitavit, inſtituti ſui rationē verbis inſeqventibꝰ enarrans:
*um ferè biennium tranſegiſſemus Regiomonti, invitabar ad ephoriam generoſorum
iſcipulorum, in Poloniam ablegandorum, ut in collegio Patrum Societatis JEſu, ſub
irectorio tamen Præceptoris Evangelici, tam Romana, qvam Sarmatica lingvæ
ſveſierent. Sed cum tempore conſtituto non aderant, quibuscum mihi fuiſſet abeun-
um; Langius interim meus, poſt meum abitum, diutius in Boruſſia commorari de-
ignatus, GryphisWaldiam abire decreverat: Facile ſum retractus ab inſtituto. Con-
enſa navi, contendebamus in Academiam Gryphicam. Hujus itineris me nunquam
œnituit. Nam etſi paucos poſt dies advenere, qvi me ad munus dictæ ephoriæ avo-
arent; quum tamen ad definitum usque diem me intelligerent præſtolatum, aliunde
onſilium cepere. Ego verò amici monita exoſculabar, qui ſemper ingeſſerat, intu-
um eſſe apud Jeſuitas verſari. Si illis colludas, inquiebat, macula conſcientiæ inu-
ta eſt. Si nolis, inſidiæ à veneno & aliis fraudibus præſto ſunt adverſus eos, quos
aululum vident pro Veritate exardeſcere.* Eadem cura adhibenda circa lit-
erarum commercium, qvod Evangelicæ doctrinæ cultores inſtitue-
re ſolent, cum adverſæ partis hominibus. *Hodie* enim *malitia hominis præ-
parare arenam veneno temperatam, & atramentum veneno coctum, oculos, mentem
& cerebrum lectoris turbando, lente & tabifice in eum ſævire poteſt*, ut verba *Beſol-
di* ex *Theſauro ejus Practico f.* 322. mea hic faciam. Qvamvis enim nonnun-
qvam ingenui inter Pontificios reperiantur Viri, qvi, vel de argumen-
tis hiſtoricis, vel de rebus ad fidem pertinentibus, epiſtolas ad eos, qvi

 ab ipſo-

ab ipſorum diſſident partibus, freqventer ſcribere ſolent, plane innoxias, attamen percautum eſſe oportet Virum, doctrinæ purioris ſtudioſiſſimum, ne aliqvando per inſidias circumveniatur. *Curioſitatis* porro vitium, qvod *Auguſtinus* non male *venenum* vocat, ab iis, qvi inter Pontificios degunt, evitari debet, ne illorum amicitia detrimentum magis, qvam emolumentum, afferat. Lingva deinde compeſcenda eſt, ne liberius, qvam par eſt, aut expedit, errores ipſorum indicentur, refutentur, & verbis contumelioſis afficiantur, ne homines, ultionis cupidiſſimi, valetudini & vitæ, qvæ delicatiſſimum naturæ munus eſt, clandeſtinis conſiliis moliantur inſidias. Nec verbis ipſorum fides tuto adhiberi debet, cum nonnunqvam præſtigiis verborum ſoleant uti, ad decipiendum & perdendum proniſſimi.

§. 5. Ulterius & hoc bene conſiderandum eſt, eorum voluntati, qvi Magiſtratus gerunt nomen, aliosqve veneno inficere, & vita privare, meditantur, morem haud eſſe gerendum. Sic de *Victore III. Papa* narratur, qvod, veneno juſſu Imperatoris *Heinrici IV.* in calicem miſſo, perierit. Teſtatur hoc *Jo. Stella*, Sacerdos Venetus, (*qui* alias *ob veritatem æſtimatur*, judice *Clar. Struvio* in *Bibliotheca Hiſtorica*, *p. 682.*) in *Vitis Pontificum*, *p. 25. ſq. edit. Baſil. 1507. Victor Papa hujus nominis III. Abbas montis caſſini, Deſiderius ante vocatus, Gregorio Pontifici hoc anno* (1085) *ſurrogatus ſedit anno uno 2. menſ. VII. Qui pontifex factus ſtatim Gregorii partes contra Gibertum antipapam tutandas ſuſcepit: quam ob cauſam Heinricum Imperatorem ſibi conſtituit inimicum, à quo etiam veneno in calicem miſſo, tandem e medio ſublatus eſt.* Etenim DEo magis obediendum eſt, homicidia privata prohibenti, qvam Magiſtratui, illa mandanti, *Act. V. 29.* in qvem locum conferri meretur *Diſquiſitio Theologica*, de *Limitibus obſequii humani*, Præſide *D. Samuele Andreæ*, *Marpurgi* A. MDCXXCII. propoſita. Verbum impurum *veneno* haud abſimile eſſe, judicat *Ad. Conzenius* in *Aulæ Speculo p. 410. Virus*, inqviens, *impurum, & vis ſeptica omnia putrefaciens, in viſceribus reſidet, unde tam peſtilens aura exſpirat, qualis ex aſpidum, baſiliſcorum & bufonum ſanie venenat incautos, & lata loca proxima inficit.* Idem de verbis & pollicitationibus eorum, qvi alios ſubornant pecunia, ut vel Regibus, vel piis doctrinæ veræ alumnis, exitium afferant, pronunciandum eſt, veneni rationem ea induere, adeoqve, ne animum inficiant, nec corpora perdant, omni ſtudio vitari debere. Hinc, ut Verbi Miniſtros non attingam, *Medicis & Medicamentariis* opera ſedulo eſt danda, ne aureis nummis capiantur ad tam horrenda perpetranda facinora, atqve ſic, *qui corporis cuſtodes eſſe debeant, animam adimant*, ut *Scaliger*

Exercit. CLXXXVII. *p. 612.* ſcribit. Verum, qvi Deum rectè cognoſcit, cum timore & tremore reveretur, is, vel me tacente, hæc aliaq; cri-ina ſerio deteſtabitur, Deumqve indefeſſis defatigare haud inter-ittet precibus, ne illa unqvam, qvibuscunqve licet promiſſionibus vitetur, committere in animum ſuum inducat.

§. 6. Sed de *Sacramento Cœnæ* nunc qvoqve notari meretur, illius nbola *Euchariſtica* minus rectè veneno inqvinari, omnesq;, ſi toxicum is allinere haud fuerint veriti, iisdem peſſima ratione abuti. Qvam-s enim verum ab iſtis non accipiatur Sacramentum, qvi Symbola neno adſperſa indipiſcuntur, attamen illud valde profanatur. Eos tem non verum accipere Sacramentum, inde probo, qvia nulla in-rcedit commnnio inter corpus, & ſangvinem Chriſti, & hoſtiam, aut num venenatum, cum ſcilicet optimus fidei noſtræ Magiſter panem vinum ſalutare & intemeratum adhibuerit. Hoc ergo deficien-, alioqve ſubſtituto, nemo poteſt veri Sacramenti reddi particeps, ob efectum *κοινωνίας* Sacramentalis. Confirmor, hæc ſcribens, ſuffragio *Höpffneri*, Theologi ſolidiſſimi, & qvi Doctrinam de *Sacra Cœna* aureo orſus & terqve qvaterqve legendo libro illuſtravit, *P. I. Sect.* VII. *p.* VII. *§. 7. p. 377.* ita pronunciantis: *Talis hoſtia benedicta* (qvæ ſcilicet lhibetur ad diabolicas artes) *nequaquam eſt unita cum corpore Chriſti, quia rio panis cum corpore Chriſti eſt hypothetica, nempe ſi juxta inſtitutionem Domini anducetur panis benedictus.* Jam verò, ſi panis veneno illitus diſtribuitur, accipitur, non verus panis porrigitur, ſed corruptus, & communio-e ſacramentali indignus, qva itaq; ratione verum Sacramentum di-enſari poterit? Eos qvidem *fructu ſpirituali* privare haud volo, qvi s venenatis Symbolis utuntur, prout de *Heinrico VII.* refertur, qvod ciſtimaverit, ſe in ſolatium accepiſſe Dominum, ac ipſum Sacerdo-m monuerit, de fuga capeſſenda, ne ad ſupplicium raperetur. Vid. *iefenbachius* in *Diſſert. cit. p. 40.* & *Matthiæ Theatrum Hiſtor. p. 981.* attamen *ſpirituali manducatione & uſurpatione ad ſacramentalem non valet conſeqventia.* tam adfuiſſe, concedo, qvia ad externas ſpecies adſtricta non eſt, hanc erò nego & ad ravim usqve pernego. Accepit enim Imperator ve-enum, calice oblato, qvi tamen calix non fuit ſacramentalis, ob de-ctum unionis ſacramentalis. Sic alii fruſtulum panis, veneno ad-erſi, acceperunt, minime autem gentium verum Chriſti corpus.

§. 7. Ipſius porro *Dei juſtitiam punitivam* circa Menſas venenatas gnoſcere decet. Illi enim, qvi nonnullis inſidias pararunt, eosqve blato veneno internecioni dederunt, vel aliis modis eos trucidari

 juſſe-

juſſerunt, paulò poſt experti ſunt juſtitiam DEi ultricem. De *Alexandr* *VI.* Pontifice Romano, (ſi modo inter veros Pontifices referri qveat eò qvod interventu Simoniæ Cathedram Romanam occupaverit, no tante *B. D. Chriſtiano Kortholto*, in *Diſſertatione*, *Kiliæ* A. MDCXC. propo ſita, & probante, *Alexandrum Papam octavum Pſeudonymum* eſſe, *§. XX. p. 19 ſq.*) memoratur, qvod ipſe in foveam, in aliorum perniciem foſſam in cautus inciderit, atqve ſic Leo fuerit deceptus. Hoc ſiqvidem d ipſius obitu *Petrus Bembus* in *Hiſtoriæ Venetæ L. VI. p. 244.* in codicem retuli *Alexander veneno, quod furtim dari Adriano Cardinali familiari ſuo juſſerat, cuju in hortis una cum Cæſare filio cœnabat, per miniſtri impudentiam epoto, quinto de cimo Calendas Septembris exceſſit è vita. Cæſar eodem hauſtu pene abſumptus, di ficilem in morbum incidit. Qua in re Deorum immortalium mens & voluntas vi eſt magnopere affuiſſe, cum ii, qui plurimos &* Romanæ *Reipubl. principes & clie tes ſuos, ut eorum opibus & theſauris potirentur, veneno necaverant, & tunc ſuu hoſpitem atque alumnum adjungi ad reliquos, necarique mandaverant, eo ipſo miniſterio ſemet pro illo interficerent.* Addatur *Guil. Cave Scriptor. Eccleſ. H ſtor. Liter.* App. *f. 180.* & *Heideggeri Hiſtoria Papatus p. 188.* Sic *Blanca Capell Franciſci de Medicis*, Ducis Florentiæ, conjuga, *Ferdinando*, Ducis Fratr eo qvod illius dimiſſionem ſvaſiſſet, panem dulciarium venenatu offerri curabat, iſto autem forte viſo, ipſe Dux & maritus partem illiu decerpebat ac deguſtabat, qvo audito *Blanca* reliqvum panis devora bat, atqve ſic animam infelicem paulo poſt, cum Franciſcus deceſſi ſet, efflavit. *Conf. Martini Zeileri Itinerarium Italiæ f. 11.* Caſus hoſc tragicos à Deo, cujus imperſcrutabiles vias & judicia nemo no admirari debet, immiſſos fuiſſe, neminem negaturum eſſe conf do. Spectat huc triſtis vitæ exitus, qvem *Heinricus III.* Gal Rex, eſt ſortitus, de qvo *Heideggerus l. c. p. 275.* judicat, qvo ob lanienam Pariſienſem tam ſeverum Dei judicium ſubierit *Ita Heinricus, ultimus Valeſiorum ſanguis, qui Monachorum ordines præcipua ſemp veneratione coluit, poſtremo à Monacho interfectus eſt, juſto utique DEi judicio, u aiscentis hac etiam ratione Pariſienſem lanienam, cujus Heinricus, Proteſtantes irr conciliabili odio ad ultimum usque vitæ ſpiritum proſecutus, eosdemque ſubdole pa potius quam bello labefactaturus deinceps, cum parum procedere vim animadve teret, præcipuus, in gratiam Lotharingorum, autor ſvaſorque extitera* Qvamvis verò DEus impia regicidia, aliaqve veneficia, haud veli nec approbet, attamen permittit illa fieri, inqve bonum finem dir git, ut gloria ejus juſtitiæ inde eo felicius innoteſcat, aliiq; ad ſui cogn tionem pertrahantur. Non male, meo judicio, in *Diſſert.* de *Provida D circa peccata hominum cura*, qvæ *Jenæ* A. MDCLXXXVIII. ſub præſidi *B. D. Jo. Guil. Bayeri*, eruditorum cenſuram ſubiit, *p. 56.* verba hæc fluun

Exem

mpla hæc ab omni ævo obvia, ubi DEus per improbas aliorum cupidines bonam n voluntatem exercuit: per aliorum injuſtitiam exſeruit judicia ſua juſta. Qua- iremur reconditam hanc Sapientiæ vim, non rimemur.

§. 8. Cave tamen dicas, DEum duriter immiſericorditerqve agere n piis, qvando ob veritatis profeſſionem in noxia & venenoſa in- ent pocula. Ea enim non pœnæ, ſed caſtigationis naturam induunt, orporibus qvidem ipſorum nocent, non verò animas perdunt. *tb. X. 28.* Deinde mors ſanctorum omnem pœnæ vim amittit, pro- r Chriſtum natum ac reſuſcitatum, & pretioſa eſt, in oculis ipſius i, *Pſ. CXVI. 15.* qvi & eorum ſangvinem vindicabit, *Apoc. XIIX. 2.* & gna gloria ipſorum laude dignam conſtantiam mactabit *Apoc.* II. *10.* enim, qvi hac in vita, ærumnarum plena, Magiſtro ſuo ſimiles fue- it inventi, ejusq; characteribus inſigniti, in altera qvoq; vita ad ſum- im felicitatis æternæ faſtigium perducentur *II. Cor. IV. 17. 18. Rom. IIX. 18.*

§. 9. *Magiſtratûs* autem *Civilis* officium eò dirigendum eſt, ut ſcelera- venenatas menſas apparantes, graviſſimas pœnas luant, qvo volun- i & præceptis divinis, qvorum cura ipſi demandata eſt, omni ex par- iat ſatis. *Gen.* IX. *6. Rom.* XIII. 4. Hinc *Sacerdotes* qvoqve, ob profana- nem Sacramenti Cœnæ, maleficium, & interfectionem, pœna civi- fficiendi ſunt, eò qvod abuſum nominis divini commiſerint, ac in mpublicam, cujus & ipſi membra ſunt, injurii evaſerint, atqve aliis, os corrigere debuiſſent, præbuerint ſcandalum. Relatum propter- legimus, in illos homines, qvi venenum propinarunt, graviter ſſe animadverſum. Cum *Alexander* VI. Cardinalem veneno tolli juſ- et, *Miniſter veneni haud multo poſt, Julio Pontif. Max. re per indicium enun- ta, in vincula conjectus, quæſtione habita ſui ſceleris pœnas perſolvit;* verba it *Petri Bembi* in *Hiſt. Ven. L.* VI. *p. 243.* De Monacho illo, qvi *Heinri- n* VII. veneno ſuſtulit, narratur, qvod excoriatus, morteqve tur- ſſima damnatus, fuerit. Leg. *Latherus* de *Cenſu l. c. p. 783.* & ſupra ad- cta *Dn. Lynckeri Diſſertatio* §. *12. Jacobum Clementem*, Dominicanum, & vi- im & mortuum, ad ſupplicium haud molle raptum fuiſſe, *Thuanus Hiſt.* XCVI. *p. m. 697. ſq.* refert. Non immerito ſupplicium de iis ſumitur, i paſcua veneno inqvinant, pecudibusqve nocent, prout *Cyr. Span- nbergius* in *Chron. Saxon. ſ. Mansfeld. f. 581.* exemplo qvodam confirmat: n etlichen Orten iſts (A. 1500.) ziemlich theuer geweſen/ und unter das Vieh n groſſes Sterben kommen / welches von vergifftetet Weide ſich ſolte verurſa- et haben / wie denn etliche böſe Buben darüber im Land zu Meiſſen ergriffen d gerichtet worden. Vid. *Beſold. Theſaurus Practicus f. 321.* Qvidni homo,

homi-

hominem, beſtia nobiliorem, & præſtantiorem, atqve ad imagine
Dei conditum, toxico inficiens, gravius eſſet puniendus? Leg. ibide
Beſoldus l. c. & in *Continuat. f.* 239.

§. 10. Divini tandem Numinis *Providentiam* agnoſcendam hic eſſe autum
Hanc enim illi, qvi vel peropportunè ſunt moniti, ut ſibi caverent, vel periculi præſentia
intellexerunt, vel aliorum curam experti ſunt, non immerito conſiderant reſpiciuntv
Unicum adhuc ſuperaddo, *Ludov. XIII.* Galliarum regem, qvi in ætate tenera inſidi
qvæ vitæ ipſius veneno parabantur, fuit obnoxius, niſi pia nutricis cura fuiſſent depulſ
ceu ex Scriptoribus refert *Theſauri Beſoldiani Continuat. f.* 240. Deus ergò hæc aliaq
pericula, qvibus implicari poſſunt homines, ac præſertim vere fideles, avertere ac depell
re, & hoſtium conſilia peſſundare ſolet, qvo omnes intelligant, eum eſſe Patrem & Co
ſervatorem generis humani, atqve, ipſo invito & inſcio, nihil adverſi iisdem accidere poſ
Matth. X. 29-31. Qvapropter cum *Auguſt.* ex *Confeſſ. L. III. C. XI. T. I. f.* 78. exclama
dum ſingulis eſt: *O tu bone omnipotens, qvi ſic curas unumqvemqve noſtrum, ta
quam ſolum cures, & ſic omnes tanquam ſingulos.* Iſtum ergo omnes mecum orant, in
pro ſingulorum ſalute ſupplico, ut eos ſibi habeat commendatos, ne vel veneno, vel bell
vel fame, intereant, ſed ſalvi illæſiqve vivant, vigeant, perennent. Nos enim, ut tutam p
cem habeamus, Dei, vitæ hominum providentis, perficiet vigilantia. Etenim Huic, q
nunqvam dormit, & cui me meosqve unice trado devoveoqve.

Vigilandum eſt ſemper, multa inſidiæ ſunt bonis.

§. 11. Antè vero, qvam Commentationem hanc finiam, ea tantum adhuc, in gr
tiam peregrinantium, referre mihi propoſui, qvæ *Petro Lotichio, Secundo,* Poetæ Se
XVI. perqvam celebri, Bononiæ contigerunt, atqvè verbis *Melchioris Adami,* in *Vitis Ge
manorum Medic. p.* 115. deſcripta hunc in modum leguntur: *Lotichius Bononiam, St
diorum jam olim matrem, ſe contulit. Quo loco poſſumus dicere, quod apud Poeta
Dido de adventu Æneæ queritur:*

Felix, heu nimium felix, ſi littera tantum
Nunquam Dardaniæ tetigiſſent noſtra carinæ!

*Ita felix fuiſſet, Deo volente, hic noſter, ſi Bononiam nunquam veniſſet. Nam cu
ibi nobili quodam Bavaro, canonico Monacenſi, contubernali uteretur: cepit canon
cus amare foris, quod domi habebat. Id hoſpita animadvertens,*

Medea animo ægra, amore ſævo ſaucia,

*permoleſte tulit; juvenisq; amorem delenimento, ſeu amatorio poculo, ſibi conciliare
aggreſſa, idque hoc modo. Appoſuit aliquando duobus illis juſcula, ac, de more gent
ſingulis ſingula. Ibi cum Lotichio pinguius, nobili macrius, ſed intoxicatum prab
tum eſſet: ille qui à pinguibus natura abhorreret, ſuum jus cum alterius commutat. V
rum ſimul ac ſorbere cæpit: vim veneni ſenſit: defectione animi concidit. Mox fur
bundus arma rapit: ſtricto gladio contubernalem invadit. Poſt paululum ad ſe rever
hauſto oleo olivarum partem veneni vomitu rejecit. Inde febri maligna corripitur
quacum abiiſſet, & capillus & ungves deciderunt: animoq; ac corporis habitu mutat
apparuit. Ac remanſerunt mali reliquia, dum vixit. Nam quotannis ſub autumnu
recruduit vis mortiferi veneni, cum quadam deliratione & febri. Vigilandum
itaq; eſt ſemper peregrinantibus, præſertim illis locis, ubi multa inſidiæ bonis.*